

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Romanorum Pontificum - Cod. St. Peter pap. 30

Strada, Octavius

Bayern (Augsburg?), [2. Hälfte des 16. Jh.]

[urn:nbn:de:bsz:31-16700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-16700)



J. P. pag. 30

Ex dono Reverendissimi et Illustrissimi D. D. Francisci Caroli Josephi de Fugger
S. R. I. Comitis in Kirchberg & Weissenhorn &c. Cathedralis Ecclesie Constant.
Canonici Capitularis, Episcopi Domitopolitani, & Suffraganei, accepit
rarum hoc ac perelegans Manuscriptum Philippus Jacobus Abbas Mona-
sterij S. Petri in Silva nigra, Constantia huc perlatum die 30. Sept. 1765.

Faint handwritten text on the left edge of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

1

HISTORIA

ROMANORVM PONTIFICVM A
DIVO PETRO PRIMO PONTIFICE AD GRE-
GORIVM XIII. PAPAM VSQVE BREVITER DE-
SCRIPTA, CVM VNIUSCVIVSQVE EORVM IM-
GINE AD VIVVM EXPRESSA, TAM EX VETE-
RIBVS MARMORVM MONVMENTIS, QVAM EX
PICTVRIS ET MONETIS ANTIQVIORIBVS
DESVMPA ET COLLECTA
CVM DVOBVS IN-
DICIBVS.



HISTORIA

ROMANORUM
PRIMO TIBULLO PRIMO
CORNELII SENECAE
SOPHOCLES
DIDACTICA
CUM DIGNISSIMO



2

ILLVSTRISSIMO ET GENEROSIS-
SIMO COMITI A KIRCHBERG ET WEISENHORN
IOANNI FVGHERO DOMINO SVO OBSER-
uandissimo *ἑντρατεῖα*.

S. D.

Octavianus Strada. S. C. M. Secretario et Aulicus.

Historia cognitionem, Illustrissime Dne, summas, easdemq, cuiuslibet sta-
tus atq, dignitatis hominibus maxime necessarias adferre commoditates,
pleriq, doctissimorum virorum memorie prodiderunt. Ea siquidem cla-
rissimum atq, precipuum oratoris opus existens, teste Cicrone, lux uerita-
tis, Vita memoria, nuntia uelutatis, temporum festis, Ciuili prudentie,
pars, humana uita speculum et imago, adeoq, ad res preclare ges tas
emulandas, omnesq, turpes ac flagitiosos actus deuifandos, acerrimus sti-
mulus, haud immerito mihi uidetur nuncupanda. Sine cuius cognitione
ne hi, quos Deus Optimus Maximus suo beneficio mundi gubernaculis,
atq, Reipublice administrande, fastigijs admouerit: nec qui priuatis
rebus, imaginaria quadam atq, parua, ut dicitur, politica, presunt, satis
unquam fecerint officio suo. Nam cum nullum docendi genus efficacius
sit eo, quod p multa exempla, quibus maxime mouemur, nobis propona-
tur: certe quidquid unquam siue publicis, siue priuatis, siue forensibus
in negotijs, tecum uel cum alio fuerit agendum, in eo Historia Dux et
Magistra necessario erit adhibenda. Ex preteritis enim et presentibus,
quid deinceps arripendum sit, quidue deuifandum, colligimus: Et qui sic
collatis temporum atq, rerum omnium rationibus, maxime perspiciit, quid
in re quaq, commodissimum et uerissimum sit, quiq, et acutissime, et celer-
rime potest et uidere et explicare rationem, is Cicrone asserente prude-
ntissimus et sapientissimus rite haberi solet. Tantam itaque Historie uti-
litatem, (ut omittam iocunditatem, qua animos curis et anxietatibus
obrutos et corpora morbis debilitata, refocillat et recreat cum lectio tum

auditis historiarum) plurimi doctissimi et sapientissimi viri considerantes
et perpendentes, multum laboris, temporis et sumptuum insumperunt
et impenderunt, cum in conscriptione et compositione historiarum non so-
lum Verarum, sed et fictarum: tum in earum ex vno idioma in
aliud translatione, ut eo pacto non solum vni genti et nationi, sed om-
nibus quasi populis ea immolescerent. Innatum præterea cunctis mortali-
bus, ut uelint apud posteros sui memoriam extare, quod patet et in
summis Monarchis, qui ipsimet suas res gestas, bella, Victorias, et trium-
phas in lucem ediderunt, sicuti hodie Commentarios C. Julij Caesaris
habemus ab ipso de bellis suis gestis conscriptos. Hisce omnibus itaq; et
eas motus, elegi talem materiam conscribendam, quam à paucissimis tra-
ditam inuenio. Descripsi igitur vitam, mores, et res gestas Pontificum
Maximorum Romanorum, qui à Diui Petri tempore usq; ad nostra se-
cula, et Gregorium XIII. modernum Papam, per multas huius mundi
arumnas, ac persequutiones tam Tyrannorum quam Hæreticorum fluctu-
uantem S. Petri nauiculam, et sacrosanctam Ecclesiam cum singula-
ri laude, Vigilantia et industria gubernarunt, et defenderunt. Qua in
re cum obseruauit dicendi et scribendi ordinem, quo nullum antea in simi-
li materia usum fuisse noui. Nam ultra quod singulos Pontifices longa
serie recenseam, et tempora prouinciasq; quibus gubernationis sue diebus
dominati fuerunt, breuibus enarrem, item quot hæreses et schismata
sub cuiusq; Pontificis imperio originem habuerunt, et incrementum sum-
perunt, ordine explicem et exponam: insuper etiam imagines Pontificum
vivas, partim ex Antiquorum marmorum monumentis magno laboris
et temporis impendio à me repperas: partim uero ex monetis et picturis
Vetustioribus decorsas, et descriptioni uniuscuiusq; Pontificis commode
appositas, una cum ipsorum insignijs et armis gentilitijs, oculis inspicie-
das subiecti. Aliquando tamen à me dissimilis Pontificum uite, morumq;
ratis obseruata est, nempe ut eos, quos contra solennem institutionem,
morem, Sanctæ Ecclesiæ Romanæ electos et creatos à Schismaticis cogni-
tum sit, etiam earum imaginum et iconum beneficio et memoria pri-
uem, neq; hisce in hoc meo opusculo locum concedam. Quia autem antiqui-
fus

fus et multis seculis obseruatum est, ut illi qui aliquid librorum edunt,
 aliquos clarissimos et Illud tres Viros eligant, quibus scripta sua tan-
 quam defensoribus deducant, ut sic patrociniis eorum fruantur contra
 maleuolorum et calumniatorum obtreptiones. Quid enim, quæso, ex-
 cellens et clarum unquam caruit inuidia? Nam uirtuti, ut in pro-
 uerbis dicitur, comes est Inuidia. Ea de re et ego istam laudabilem
 consuetudinem temere transgredi et uisitare nolui. Consideranti autem,
 et deliberanti mihi, cuius potissimum hanc tenuem meam opellam
 offerrem, in mentem mihi uenit Illustrissima Dominatio tua, qua non
 solum plurimi prædicant, quod beneuolentia et fauore singularis am-
 plectatur et foueat tum honesta studia, artes ingenuas et antiquita-
 tum monumenta, atque horum omnium sectatores et studiosos: Verum
 iam dudum ego et parens meus Jacobus Strada S. C. M. Antiquaria
 Illustrissimam tuam beneficentiam et fauorem experiri sumus. Quare
 ut et me præstitorum beneficiorum aliquo exiguo munusculo gratum
 et memorem ostenderem: Tuæ Illustrissime et Generosissime domi-
 nationi hunc libellum dedicare uolui. Hoc unicum autem rogo, ut Ge-
 nerosissima dominatio hæc qualescunque ingenij mei primitias pro
 innata tua erga Antiquitatum studiosos clementia et humanitate amba-
 bus manibus, et obuijs ulnis acceptare, et æqui bonique consulere, neque in
 eo qualitatem et dignitatem istarum, utpote, quæ nulla est, sed potius
 humillimam et paratissimam offerentis intentionem et uoluntatem spec-
 tare dignetur. Quo facto Illustrissima dominatio tua, me non solum
 ad omnia imperata diligentissime perficienda, uerum etiam ad maiora
 scribenda proculdubio prouocabit. Denique quod postremum est,
 Tuam Illustrissimam dominationem Deo optimo Maximo commendo, sum-
 mis precibus inclies ipsum rogans, ut tuam Illustrissimam dominatio-
 nem cum incremento bonorum et possessionum, et felici subditorum
 gubernatione ad nominis sui gloriam, et Generosissime dominationis
 sue salutem conseruare, ac incolumem ad Nestoreos annos, Vitam
 prouebere dignetur, meque huic tuæ Illustrissime dominationis
 patrocinijs humillime commendatum Volo.

ROMANORVM PONTIFICVM HISTORIA A PE-
tro Apostolo ad Sanctissimum et Beatissimum D. N. Gre-
gorium XIII.

VITA S. PETRI APOSTOLORVM PRINCIPIS, ET
Papa primi, breuiter descrip-
ta.



BEATVS SIMON PETRVS, NATIONE GALILAEVS, VICO BETH-
saide, filius Ioannis Andrea Apostoli frater, et in passione socius, à Domino
Iesu Christo (dum in terris ageret) princeps Apostolorum, supremumque ec-
clesia suę caput, ac eius in terris cum maxima ligandi atque soluendi potesta-
te Vicarius, ob egregiam sanctę fidei confessionem institutus, ut sacra Euan-
geliorum scripta testantur. Hic post Jacobi Apostoli eandem, eiusque ab He-
rode captiõnem, ac miraculosam ab Angelo liberationem, quum usque ad id
tempus à Christi passione in Iudæa uel in circumuicinis regionibus per-
mansisset, Hierosolymis discedens, post prædicationem dispersionis eorum,
qui de Circumcisione crediderant, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia et
Bithymia, quarto et quadragesimo à natiuitate Christi anno, tertio uero Imp.
Tib. Claudij Cæs. ii. Aug. die xv. Calend. Februarij, Romam primo ingressus
est. Quo ex Iudæa soluens, post annuam peregrinationem se contulerat, ad
iram Herodis ob eius liberationem elusi euitandam, simulque ad expugnan-
dum Simonem Magum Samaræum quem ex Iudæa effugauerat. Is Iudæa per
Apostolos exactus, Romam uenerat, multosque magicis suis ostentis eluserat.
Petrus uero in urbem ueniens, ibidem cathedram Sacerdotalem tenuit ann.
xxiiii. menses v. et dies xii. usque ad ultimum Imp. Neronis annum.

(id est) xiii. a quo affixus cruci, martyris coronatus est, capite in terram deorsum uerso et in sublime pedibus eleuatis. Quod ut fieret precibus a Satel-
litibus obtinuit, asserens se indignum ut sic crucifigeretur, ut Dominus suus.
Fuit autem temporibus Tib. Cæs. Aug. Germanici, C. Cæs. Calligulae Aug. Tiberij
Claudij Cæs. Aug. Germanici, iii. et L. Vilelij. Hic sub Claud. Cæs. Simonem
Magum primo precibus suis extinxit. Deinde edicto Claudij (quo Iudaei Vr-
be exae n sunt) Roma discedens Hierosolymam primo uenit, concilioq; Hier-
osolymitano, et morti Virginis Mariae interfuit. Mox Antiochiam ueniens,
per septem annos ibi commoratus est, eam Ecclesiam regens, usq; ad Claudij
obitum. Principis autem Imperij Neronis Cæs. Antiochia discedens, Romam re-
uersus est, cum Marce et nonnullis alijs discipulis ibidem scripsit duas Epis-
tolas, (qua Catholice nominantur) Euangelium quoq; secundum Marcum
eius esse dicitur, qui discipulus eius et interpres fuit a baptismoque filius.
Scripto autem a Marco (iuxta quod Petrum referentem audierat) Euangelio,
fratrum rogatu, eog; a Petro probato et ecclesiae ad legendum sua auctoritate
contradito, cum Petrus cum Euangelio quod confecerat in Aegyptum misit. Qui
primus Alexandria Christum annuncians, Alexandrinam constituit ecclesiam.
Post omnem uero trium Euangeliorum fontem Ioannes adhuc non scripserat
(inquit Damasus) quae ad interrogationem, et Petri testimonio firmata sunt,
dum alius Graece, alius Hebraica, alius Latine consonet. (Matheus enim He-
braica, Lucas Graeca, Marcus Latina dictione scripserat) Beatus Petrus duos
sibi Coepiscopos ordinauit, Linum uidelicet et Clefum, quum solus non posset
omnibus fidelis populi necessitatibus subuenire. Quibus Sacrodotale munus te-
nium, Romano populo, et aduenis (qui ad se ueniebant) exhibentibus, ipse
orationi et praedicationi, populum erudiens, uacabat, ecclesiamque Romanam
prius a se fundatam ab exigua maximam moriens reliquit, quum plerique
nobiles iam in Christum credidissent. Beatus uero Petrus paulo ante obitum
suum, quum martyrij sui tempus appropinquare hominis reuelante cogno-
uisset, beatum Clementem S. R. E. ueterem presbyterum Episcopum Ro-
manum designatum in successorem suum consecrauit, eique Cathedram Epis-
copalem et Romanam catholicam Dei Ecclesiam, post se ab eo regendam com-
mendans, Ego (inquit) eandem tibi potes tatem ligandi, absoluentique uado,
quam

3.

quam mihi Dominus meus Iesus Christus reliquit, in qua spreto ac co-
tempis rebus omnibus, cum corporis tum fortunæ, oratione et prædica-
tione salutis hominum (ut bonum pastorem decet) consule. Cœpiscopos
quoque iam pridem à se creatos Linum uidelicet et Cletum, ut sibi antea,
ita et Clementi assistere iussit, ipsum ut adiuuarent, cohortatus est, in
exercenda pastorali cura. His itaque dispositis, non longè post cum Pau-
lo Apostolo (qui per eos dies Romam uenerat) ab infidelibus captus,
martyrio coronatus est, die xiii. Calendas Julij, anno post Christum
natum lxxviii. à passione uero sua xxxv. Cadaver eius sepultum est
in Vaticano iuxta uiam triumphalem, ubi et Cruci affixus fuerat, ubi
totius orbis ueneratione celebratur. Fecit autem ordinationes plures
per mensem Decembrem multorum Episcoporum, presbyterorum x.
et Diaconorum vii. in urbe Roma. In his fuere Episcopi
Linus, Cletus, Clemens, Apollinaris, Marcus Hermago-
ras, et alij presbyteri, Anacletus et Euaristus
postea Romani Pontifices. &c.

S. LINVS.



LINVS natione Italus provincia Tuscia, patria Volaterranus, ex patre
Herculano, Cœpiscopus Romanus, hoc est Coadiutor à S. Petro Apos-
tolo in sibi titulus, sedit (seu potius uixit in eo magistratu) annos xi.
menses iii. dies xii. temporibus Neronis Claudij Ces. Aug. S. namque
Petrus necessitate ductus (propter populorum ad Christum credentium
multitudinem) quum solus omnibus attendere non posset, duas Cœpiscopos

11.



(hoc est coadiutores) ordinavit, Linum videlicet, qui intra Urbem, et Cleu,
 qui extra in suburbijis Episcopi munere fungerentur. Hoc autem factu
 est, (vt est auctor Damasus) pridie Idus Junij, anni Christi LVII. qui
 erat secundus Imperij Neronis annus. Hic Pontifex ex precepto S. Pe-
 tri Apostoli instituit, ut mulier in Ecclesia uelato capite introiret, atque
 ex eius iussu duas per mensem Decembrem fecit ordinationes, quibus
 Episcopos xv. et presbyteros xviii. ordinavit. Mox his autem Petro
 Apostoli post eius obitum (id est eodem anno) quum esset etiam Cle-
 mentis, qui primus post Petrum Apostolum Pontifex Romanus fuit,
 Coepiscopus, anno Christi LXXVIII. die ix. Cal. Octobr. altero mense, et
 die xxvi. capite casus, martyrio coronatus est, Saturnini Urbis pre-
 fecti iussu. Linus igitur, (si Damaso Rom. Pont. qui predecessorum
 suorum uitas conscripsit usque ad tempora sua, credere uoluerimus)
 et si Romanus Pontifex fuerit, non tamen Papalem habuit auctorita-
 tem, sed eo modo Episcopus erat, ut ceterarum Ciuitatum negotia, si
 qua occurrerent, circa fidem Christianam tractaret. (Petro em-
 plarumque contingebat extra urbem proficisci) et ideo ne plebs pasto-
 re caveret, ipsum sibi coadiutorem creauit, simulque quod ipse predi-
 cationibus detentus, Episcopalia munera reliqua minus obire poterat.
 Atq; hac tenus de Lino dictum est, quem ideo in Romanorum Pontificu
 serie adiungere placuit, quod (et si non Papa) tamen Episcopus,
 Romanam ecclesiam rexit et qu-
 bernauit.

S. CLEMENS.



Clem.

ubi mulier uelato
 capite in ecclesia
 introiret.

CLEMENS natione Romanus, de regione Calimontium, ex patre Fausto nobili et generosa familia ortus. Hic primus post Petri Apostoli mortem, Romanus Episcopus maxima cum auctoritate fuit, paulo ante Petri mortem ab eo designatus, qui iussu beati Petri Apostoli post eius mortem suscepit ecclesiam Romanam Pontificatus administrationem, sicuti ei fuerat à Domino IESU Christo Cathedra tradita uel commissa. Sedit autem annos ix. menses iiii. et dies xxvi. Fuit uero temporibus Imp. Neronis Cas. Galba, Vitelii, Ottonis, Vespasiani et Titi, Augg. Hic fecit vii. regiones diuidi septem Notarijs fidelibus ecclesie, qui Martyrum gesta sollicite recurrensse unusquisque p. suam regionem perquisita, describerent. De eo meminit Paulus Apostolus ad Philipp. quum ait (cum Clemente, et ceteris cooperatoribus meis, quorum nomina scripta sunt in libro Vita) scripsit duas Epistolas, quarum prima fuit ex persona Romanae ecclesie ad ecclesiam Corinthiorum ualde utilis, altera (que eius nomine circumfertur) epistola à Veteribus reprobatur. Hic fecit ordinationes duas mense Decembris, Episcopos xv. presbyteros x. et Diaconos ii. Obijt in exilio in ciuitate Pontica Cersona sub Vespasiano Imperatore die xi. Calend. Decembris anno Christi lxxvii. Non uacauit sedes.



MB

S. CLETVS.



CLETVS natione Romanus, de uico Patricij, patre Aemiliano. Hic à beato Petro Apostolo ad Christi fidem conuersus, ab eo presbyter primò in Roma



6. na ecclesia mox Coepiscopus cum Lino ordinatus est, suburbiague Romanae eius custodia tradita. Qui Clementis Coepiscopus sicut etiam ante et Petri fuerat, eo mortuo remanens, ecclesiam ei Clemens in exilium proficiscens Romanam commendauit. Quapropter eius obitu a fidelibus audito, ut antiquior in religione Christiana discipulus, et de ea praeter ceteris bene meritus, omnium presbyterorum et reliquorum Cleri ordinum suffragiis Pontifex Romanus pronuntiatus, sedit a Clementis obitu annos vi. et menses v. quum prius sub Petro, et Clemente Coepiscopo fuisset annos xx. menses viii. et dies xxxix. Fuit autem temporibus Imp. Caes. Vespasiani, Titus, et Domitiani. Hic ex praeccepto beati Petri sacrorum ordinum promotione habita, xxv. presbyteros in urbe Roma ordinauit. Post haec martyris sub Domitiano coronatus. Cadauex in Vaticano iuxta ss. Petri et Linii corpora sepultum est, quum occisus fuisset vi. Cal. Maij. Anno Domini natiuitatis xx. xciii. Eo mortuo cessauit Episcopatus Romanus dies xx. Episcoporum et Diaconorum ordinationes Cletum unquam fecisse non memini me legisse, &c.

S. ANACLETVS.



ANACLETVS natione Graecus, patria Atheniensis, ex patre Antiocho, sedit annos xii. mensem vnum, et dies xxvii. tertius post Petrum Apostolum Pasca, quintus uero in ordine Pontificum Romanorum. Hic a S. Apostolo Petro S. R. E. presbyter ordinatus, mortuo Cletto xx. uacantis sedis die, omnium Clericorum et Laicorum suffragiis Romanus Pontifex creatus est. Fuit autem temporibus Domitiani Imp. Caes. Aug. Iste Pontifex inuenit ne Clerici

coma

7.
NB — comam nutritent, hymnosq; in beati Petri memoriam composuit, aliquot
quoque cœmeteria construxit, ubi Episcoporum, et reliquorum martyrum
corpora recondentur. Duas quoque epistolas Decretales omni sapien-
tia, et doctrina refulgentissimas conscripsit. Fecit autem ordinationes duas
mense Decembri, quibus Episcopos vi. et presbyteros v. et Diaconos iii. cre-
avit. Et sub Imp. Domitiano occisus Martyrij palmam adeptus est. An-
no Christianæ salutis xxvi. die iii. Idus Julij. Cadaver in Vaticano se-
pultum est iuxta beati Apostoli Petri, et aliorum Pontificum prædeces-
sorum suorum corpora. Vacavit eo mortuo Sancta
Romana sedes dies tredecim.

S. EVARISTVS.



VI.
EVARISTVS natione Græcus, patria Bethlehemites, ex patre Iudæo nomine Ju-
da, sedit annos xiii. et menses iii. Imp. Cass. Domitiano, Nerua, et Traiano
Augg. Iste Pontifex primus titulos in Vrbe Roma presbyteris diuisit, et Dia-
conos septem ordinavit, qui Episcopum prædicantem propter Veritatis Ehy-
lum eius fodirent. Hic fecit per mensem Decembrem treis ordinationes, qui-
bus Episcopos p̄ diuersa loca v. presbyteros uero sex, et Diaconos duos in ur-
be Roma creauit. Hic martyris coronatus sub Traiano Imp. occisus est, An-
no Dominica natiuitatis cviii. die vii. Calend. Nouembre. Cadaver eius in
Vaticano iuxta beati Apostoli Petri corpus honorifice à fidelib;
sepultum est. Vacavit eo mortuo S.

Romana sedes dies x.

viii.

S. ALEXANDER



VII.



constituit aqua asper-
sione in sale benedicti.

ALEXANDER Papa 1. natione Italus, patria Romanus, ex Vico (quem uocant Caput Tauri) patre Alexandro, Imp. Cas. Traiano Aug. Sedit in Petri cathedra annos vii. menses v. et dies xix. Hic Pontifex Missa sacrificio preces aliquo addidit, constituitq; aquam aspersionis cum sale benedicti in fidelium domibus. Hic fecit ordinationes treis mense Decembri, quibus Episcopos per diuersa loca v. presbyteros vi. et Diaconos iii. creauit, in quibus fuere Euentius S. R. E. presbyter, Theodorus atq; Iuuenalis S. R. E. Diaconi. Qui etiam martyr coronatus est sub Principe Traiano cum supradictis suis presbytero, et duobus Diaconis. occisus die v. Nonas Maij. Anno Dominicae Natiuitatis cxvii. Horum martyrum cadauera sepulta sunt extra Urbem Romam uia Numentana, lapide vii. iuxta locum ubi occisi sunt. Vacauit sedes mensem unum,

et dies quatuor co-
moratus.

S. XYSTVS.



Xystus

CHRISTVS natione Italicus, patria Romanus, ex patre pastore de regione uia
 Lata, Imp. Cess. Nerua Traiano, et Traiano Hadriano Augg. in Apostoli-
 ca Sede sedit annos 12, menses 12, et dies 22. creatus xvii. Calendas
 Decembres. Hic Pontifex constituit, ut ministeria sacra non tangerentur
 nisi a ministris sacris. Item, ut quicumque Episcopus ad sedem Apos-
 tolicam euocatus, et ad Diocesim suam rediens non susciperetur, nisi
 haberet literas Apostolicas ad Plebem. Item constituit, ut Missarum ac-
 tionem incipiente Pontifice populus decantaret hymnum (Sanctus, San-
 ctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, &c.) Hic fecit ordinationes 111.
 per mensem Decembrem, quibus Episcopos per diuersa loca 111, presbyteros
 21, et Diaconos 111, in urbe Roma creauit. Martyris coronatus occisus
 est sub Hadriano Principe die viii. Idus Aprilis. Anno Christi cxxvii.

Pont. Anno x. Cadaver in Vaticano iuxta S. Petri Apostoli corpus
 sepultum est. Eo mortuo uacauit Romana sedes
 tantum dies duos.

S. TELESOPHORS.



TELESOPHORS natione Græcus, patria. . . . ex patre Anachoretâ, Imp. Cæs.
 Traiano Hadriano Aug. in Apostolica sede uixit annos 21, menses viii, et
 dies 22. creatus v. Idus Aprilis. Hic Pontifex instituit ut per septem heb-
 domadas ante solennitatem Paschalem ieiunium celebraretur, utque in cate-
 ris diebus ante horam sextam nullus presbyter Missas celebrare audeat,
 quod non ante eam horam dominus noster Iesus Christus (cuius pas-
 sionis memoria in Missarum sacrificio colitur) cruci affixus sit. Instituit.

9



viii.
 ut ministeria sacra
 non tangantur nisi
 a ministris sacris



ix.
 hic instituit Ieiunium
 quadragesimale; et ut
 ante horam sextam / scilicet
 et intelligendo / scilicet
 horam sextam / scilicet
 nullus presbyter missas
 celebrare audeat

etiam ut ante Missarum sacrificium Hymnus Angelorum. Gloria in excelsis Deo, cantaretur à fidelibus. Ordinationibus uero tribus, quatuor mense Decembri factis, quibus Episcopos per diuersa loca xiii. et in Vrbe Roma presbyteros xii. et Diaconos viii. creauit, capitis abscissione ob catholice fidei defensionem necatus, martyre migravit ad Christum Nonis Ianuarijs. Anno Dominice Natiuitatis cxxxix. cuius cadauer in Vaticano iuxta S. Petrum conditum est. Vacauitque Sedes Romana dies septem. 22.

S. HYGIVS.



Hic Clerici compo-
suit, gradus in eo
secundum dignitate
et abate distribuit.

HYGINVS natione Græcus, patria Atheniensis, ex patre Philosopho, Imp. Cæs. Traiano Hadriano, et Antonino Pio Augg. in Petri cathedra sedit annos undecim. Creatus Idibus Ianuarij. Hic Clerum composuit, gradusq; in eo secundum dignitatem, et ætatem unicuique Clericorum distribuit, pluresque per singulas Paræcias, seu Titulos presbyteros manere constituit, quia unus per titulum ob Credentium multitudinem non sufficeret. Ordinationes quoque in urbe Roma tribus mense Decembri fecit, quibus Episcopos per diuersa loca numero vi. in Romana uero Ecclesia presbyteros xv. et Diaconos v. ordinauit. Obijt maxime sub Antonino Pio Augg. Anno Dominice natiuitatis c. die iiii. Idus Ianuarij. Cadauer eius in Vaticano prope corpora S. Petri Apostoli, et suorum successorum Romanorum Pontificum à fidelibus sepultum est. Quo occiso uacauit S. Romana sedes dies tantummodo tres.

Pius.

S. PIVS.



PIVS natione Italus, patria Aquilegiensis, ex patre Rufino, Imp. Cas. T. Aelio Hadriano Antonino Pio Aug. Sedit in Petri cathedra annos iiii. menses v. et dies xxvii. creatus xviii. Calend. Februarij Romę. Sub hoc Pontifice Helmes librum conscripsit, qui dicitur Pastor, in quo continetur, quomodo Angelus Domini ei in habitu Pastoris apparuit, mandans ut Ecclesia nunciaret, ut die Dominica Sanctum Pascha celebraretur, in quo continetur, quo hic constituit Hereticum uenientem ex haresi Iudaeorum suscipi, et baptizari. Rogatu quoque beata Praxedis dedicauit Ecclesiam. Thermas nouauit in uico Patricij in memoriam sororis sue Pudenciane, ubi et aliquot dona obtulit, sepeque ibidem missas celebrauit, fontemque baptismatis construere fecit, manique sua eum benedicens consecrauit, ac in eo multos ad fidem ex gentilibus uenientes baptizauit in nomine Trinitatis. Ordinationibus uero quinq; mense Decembri, Septembri et alijs mensibus factis, Episcoporum per diuersa loca x. presbyterorum xix. et Diaconorum xxi. in Ecclesia Romana capitis abscissione martyrium consummauit, die v. Idus Iulij. Anno CLIII.



Cadauer eius in Vaticanis iuxta Sanctum Petrum sepultum est.

Vacauit eo mortuus Sancta Romana et Apostolica sedes dies tres et decim.

S. ANICETVS.



XII.



ANICETVS natione Syrus, de vico Humisia, ex patre Joanne, Impy. Cass. I. Aelio Hadriano Antonino Pio Aug. et eius filijs Augg. Sedit in Petri catho. dra annis viii. menses viii. et dies xxiiii. creatus die viii. Calend. Augusti. Hic cons. fuit, ut iuxta Apostolicas traditiones Clerici comam non nutriveret. Ordinationes item quinque p. mensem Decembrem fecit, quibus Episcopos p. diuersa loca 1x. et in Vrbe Roma presbyteros xix. et Diaconos xiii. ordinauit. Occisus est pro fidei catholica defensione sub Impy. M. Aurelio et L. Vero Augg. die xv. Calend. Maij. Anno Dominice natiuitatis cl. xiii. Cadaver eius sepultum est in camiterio (quod postea Callisti appellatum est) sito via Appia lapide ab urbe secundo vel tertio, prope Cata-

cumbas. Vacauit eo mortuus

S. Roman. sedes
dies xv.

S. SOTHERVS.



SOTHERVS natione Campanus, patria Fundanus, ex patre Concordis, Impp. Cass. M. Aurelio Antonino, et L. Aurelio Vero Augg. Sedit in Petri cathedra annos septem, menses xi. et dies xviii. creatus iii. nonas Maij. Hic instituit, ne ulla monacha pallam sacram contingere audeat, nec in ecclesia incensum ponere possit. Ordinationes uero vi. ꝑ mensem Decembrem fecit, quibus Episcopos ꝑ diuersa loca xi. presbyteros autem xix. Et Diaconos ix. in ecclesia Romana fecit. Occisus Roma sub M. Aurelio Principe die x. calend. Maij. Anno Christi cxxx. cadauer eius in cemiterio ad Catacumbas (quod postea Callisti est appellatum) sepultum est tertio ab Vrbe lapide uia Appia, extra portam Capenam. et cessa- uit Episcopatus Romanus eo mortuo dies unum et uiginti.

13. XIII.



ne ulla Monacha
pallā sacram conti-
gere audeat, nec in
ecclesia incensū ponere
possit.

S. ELEUTHERIVS.



ELEUTHERIVS natione Græcus, patria Nicopolitanus ex patre Habundio, Impp. Cass. M. Aurelio Antonino et L. Aurelio Commodus eius filio Augg. Sedit in Petri cathedra annos xv. et dies xiii. creatus pridie Idus Maij. Hic literas à rege Britannorum Lucio accepit, quibus Pontificem deprecabatur, ut ꝑ eius mandatum Christianus fieri mereretur. Instituit autem hic beatus Pontifex, ut nullus cibus ad comedendum idoneus, quem Deus creauit, à Christianis fidelibus rejiceretur, sed cum gratiarum actione omnia sibi apposita tempore non uetito Christiani manducaret. Ordinationibus uero tribus mense Decembri factis, quibus Episcopos ꝑ diuersa loca xv. et in Vrbe Roma presbyteros xii. et Diaconos octo

XIII.



AB

creavit, pro Christi fide capitis abscissione martyrium consummavit sub Principe Commodus die vii. Calendas Junij, Anno Dominica Natiuitatis cxxcvi. Cadaver in Vaticano iuxta beati Petri Apostoli corpus sepultum est. Vacavit sedes dies quinque.

S. VICTOR



xv.



*V. Sancti Paschalis
festus die Dominico
celo transtulit.*

VICTOR natione Apyex, ex patre Felice, Impy. Cass. L. Auresis Commodus P. Heluis Pertinace, L. Septimis Seuero, et M. Aur. Antonino. Sedit in Petri cathedra annos xii. mensem i. et dies xxviii. creatus Calend. Junij. Hic constituit ut Sanctum paschalis festum die dominico celebraretur. Orientales, qui quarta decima Luna id celebrant, pertinaciter perseverantes, communionem priuavit. Clerum quoque Romanum ordinavit. Voluit etiam, ut necessitate exigente, Sacrum baptismatis sacramentum ubiq; siue in mari, siue in fluminibus, siue in fontibus conferri posset Cathecumenis. Christianam fidem uoce confessis. Caelum paschalem accessit Theophilo Episcopo Alexandrino Mithereos perito, primus instituit, publicauitq; atq; de consensu sacerdotum Romana Ecclesia approbavit, ut a xiiii. Luna primi mensis usq; ad xxi. die dominico interueniente custodiantur Sanctum Pascha. Ordinationes autem duas mense Decembri fecit, quibus Episcopos q; diuersa loca xii. et in urbe Roma presb. iiii. et Diaconos viii. ordinavit. Occisus est Roma sub Seuero Principe pro fidei Christianae defensione die vi. Calend. Augusti, anno cxxviii. Cadaver eius in Vaticano iuxta beati Petri Apostoli corpus sepultum est. Vacavit sedes dies xii.

Zephy.

S. ZEPHYRINVS.



ZEPHYRINVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Habundio, Impy.
 Cass. L. Septimio Seuero, et eius filijs, Augq. Sedit in Petri cathedra annos
 xx et dies xxvii. Creatus die Iduum Augusti. Hic ordinauit, ut sacerdotu
 ordinationes presente omni Clero et Laicis fidelibus fierent. Instituit etia
 ut ministri altaris patinas uitreas ante Sacerdotem in Ecclesia portarent,
 donec is Missas celebraret, reliquo Clero adstante. Hic fecit ordinationes
 iiii. p. mensem Decembrem, quibus Episcopos p. diuersa loca numero xiii.
 in urbe uero Roma presb. xii. et Diaconos vii. creauit. Occisus est pro
 Christo sub Imp. Helioqabalo. die vii. Calend. Septemb. Anno Domini
 cexviii. Cadauer eius sepultum est in Camiterio ad Catacu-
 bas (quod postea Callisti appellatum est) uia
 Appia, tertio ab urbe lapide, et cessa.
 uit eo mortuo Episcopatus
 Roman. dies sex.

xvi.



ut ministri patenas
 uitreas ante sacerdotem
 in Ecclesia portarent.

S. CALLISTVS.





*Jeium quatuor
temporū in Annis
fieri ordinavit.*

16. **CALLISTVS** natione Italus, patria Romanus, de Vico Rauennatum, Imp. Cas. M. Aurelio Alexandro Seuero. Sedit in Petri cathedra annos vi. mensem unum, et dies xiii. Creatus Roma die iiii. Nonas Septembris. Hic ieiunium quatuor temporum, quater in anno fieri ordinavit, uere, aestate, autumnō et Hieme, hoc est primo, tertio, septimo et decimo mensibus. Hic fecit paruam Basilicam trans Tyberim, qua nunc S. Maria trans Tyberim, et Titulus S. Callisti appellatur. Camiterium quoque ad Catacumbas, uia Appia, miliaris ab urbe tertio amplauit et ornauit, in quo multa sanctorum martyrum corpora recondidit, quod usque hodie appellatur camiterium Callisti. Fecit quoque ordinationes quinque mense Decembri, quibus Episcopus diuersa loca octo, in urbe uero Roma presbyteros, xvi. et Diaconos iii. ordinauit. Obijt Roma Christi martyr sub Imp. Alexandro pridie Idus Octobris. Anno ccxxiii. Cadauer eius sepultum est uia Aurelia secundo ab urbe lapide in Camiterio, quod Calligodius presbyter Romanus construxerat, ipsique beatus Pontifex dedicauerat, uocaturque Camiterium Calligodij. Vacauit Romana sedes dies vi. eo mortuo.

S. VRBANVS.



*Hic omnia ecclesie
ministeria ex uitreis
argentea fecit*

VRBANVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Pontiano, Imp. Cas. Alex. Aug. Sedit annos vii. menses vii. et dies v. Creatus Roma die xii. Cal. Nouembris. Hic omnia Ecclesie ministeria ex uitreis argentea fecit, et inter cetera xxv. pateras. Hic predicationibus suis multos ad baptismum conuertit, inter quos fuit Valerianus nobilissimus uir, sponsus S. Ceci

17.

Cecilia, et fratrem eius Tiburtium, quos etiam ad martyrij palmam adhortatus, et per eius monita plerique alij martyris coronati sunt. Huius Pontificis tempore Ecclesia Romana cepit tunc primum pecunias, pradia et alia bona possidere ex fidelium oblatione. Demum hic beatus Pontifex qui ordinationes quinque mense Decembri fecisset, quibus Episcopos 7 diuersa loca numero octo, in Vrbe uero Roma presbyteros 1x et Diaconos v. creauit, capite casus, sub Alexandro Principe martyrium consummauit, die viii. Calendas Maij. Anno Domini ccxxxii. Cadauer eius in Camiterio Prætextati sepultum est sito uia Appia, haud longe à Camiterio Callisti. Vacauit sedes mensem unum.

S. PONTIANVS.



PONTIANVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Calpurnio, Imp. Cass. M. Aurelio Alexandro Seuero et C. Iulio Maximino Augg. Sedit in Cathedra Petri annos iiii. menses iiii. dies xxvii. creatus vii. Calend. Julij. Hic in exilium actus est cum Hippolito presbytero Romano, à Maximini Imp. prefecto in quo etiam defunctus est xiiii. Calend. Decembris, anno Domini ccxxxvi. L. Cecilio Seuero et L. Raugonio Quintiano Cons. quum ordinationes duas mense Decembri fecisset, quibus per diuersa loca Episcopos vi. in urbe uero Roma presbyteros et Diaconos quinque creauit. Cadauer eius à Fabiano presbytero Romano relatum, et in camiterio Callisti sepultum est. Vacauit tunc Romana sedes eo mortuo diem unum.

XIX



S. ANTHERVS.



xx.



gesta Mantuan a septu
notarijs equiri et in
Ecclesia Romana Archidiaconi
recondi ordinarunt.

ANTHERVS natione Græcus patria . . . ex patre Romulo, sedit mensem vnu
et dies xiiii. in sacratissima sede Beati Petri Apostoli, sub Imp. Cas. Maxi-
mino Aug. creatus in Sardinia die xi. Calend. Decemb. Hic Pontifex gesta
maximorum diligentex à septem Notarijs exquisiuit, eaque in Ecclesia Ro-
mana Archidiaconi recondidit. Ordinationem autem vnam mense Decembri fe-
cit, in qua Episcopum vnum tantum in Ciuitate Fundana creauit. Et
paulo post Maximini Urbis præfecti iussu, sub Imp. Maximino pro fide
Christi tentus, capite casus est. in Nonas Januarij. Anno ccxxxvii. Cada-
uer eius in Camiterio, quod appellatur Calisti, Lapide ab urbe tertio,
uia Appia sepultum est cum alijs multis martyribus, manu Fabiani
presbyteri, et in Pontificatu successoris. Quo mortuo
uacauit Sancta Romana sedes
dies hexdecim.

cc.

S. FABIANVS.



Fabia

FABIANVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Fabio, Impy. Cass. Caio
 Julio Maximino, Balbino, Puppieno, Gordiano, Julio Philippo, Traiano
 Decio cum filijs Augg. Sedit in Petri cathedra annos xxiii. et dies iiii. cre-
 atus xv. Calendas Februarij. Hic Pont. regiones Urbanas septem Diaconi-
 bus diuisit, septem quoque Subdiaconos creauit, qui septem Notarijs im-
 minerent, ut gesta martyrum in integrum collecta diligenter describeret.
 Multas quoque fabricas per comiteria fieri fecit. Ordinationes item quinq;
 mense Decembri habuit, quibus Episcopos p̄ diuersa loca xi. in urbe uero
 Roma presbyteros xxii. et Diaconos vii. creauit. Quum autem multos ad
 Christi fidem conuertisset, pro eiusdem fidei confessione tentus ab urbis
 praefecto sub Imp. Decio Augusto capitis abscissione martyrium consum-
 mauit. xiii. Calend. Februarij. Anno Domini ccii. Cadauer eius sepul-
 tum est in uia Appia in Comiterio Callisti. Vacauit sedes mensem vnum,
 et dies xxvi. Post eius mortem Moyses, et Maximus S. R. E. presbyte-
 ri Cardinales et Nicas Tratus Diaconus comprehensi sunt, et
 in Carcerem missi, in quo post aliquot menses
 in Christo mortui sunt.

S. CORNELIVS.



CORNELIVS natione Romanus ex patre Castino Impy. Cass. Decio, C. Vibio
 Treboniano Gallo, Augg. Sedit in Petri cathedra annos ii. menses v. dies
 xxiiii. creatus xiiii. Calend. Aprilis. Hic in Schismate Episcopus Roma-
 nus ordinatus est cum Nouato presbytero à quibusdam sanctis presby-
 teris Nouatiani cuiusdam presbyteri astu deceptis. Qui tamen cognita le-

19. xxxi.



xxxii.



20. *gittima electione Cornelij Papa relicto Schismatico Pontifice, Cornelio adhaerunt, inter quos fuit Maximus quidam Sanctissimus Romanae Ecclesiae presbyter. Cornelius autem Papa paulo post ordinationem suam Imperatoris iussu in exilium actus est Centumcellas, et à Cypriano Episcopo Carthaginiensi confortatus, inde Romam reductus, iussu praefecti Urbis post multa superata tormenta, capitis abscissione martyrii consummavit, sub Imp. Cass. Valeriano et Gallieno Augg. die xxix. calend. Octobr. Anno Christi cxiij. quum ordinationes duas mense Decembri fecisset, quibus per diversa loca Episcopos vii. in urbe vero Roma presbyteros quatuor, totidemque Diaconos ordinavit. Cadaver in quadam crypta sita in praediolo Lucina prope Caemiterium Callisti via Appia, sepultum est. Vacavit Romana sedes eo mortuo mensem unum et dies v. sub hoc Pontifice corpora Sanctorum Petri et Pauli de Catacumbis seuata sunt, et beati Pauli corpus in agro Lucina via Ostiensi, ubi decollatum est, conditum fuit. Beati vero Petri in Vaticano, ubi crucifixus fuerat, repositum est.*

*SCHISMA PRIMUM IN ECCLESIA ROMANA.
inter Cornelium et Novatum.*

NOVATUS.



NOVATUS natione Romanus et S. R. E. presbyter in Schismate contra Cornelium legitimis suffragijs creatum, Pontifex factus magno scandalo Ecclesiae Dei fuit. Demum ab omnibus desinitus, qui legitimam Cornelij electionem cognoverunt, in haeresim lapsus est. Fuitque auctor haereseos Novatianorum. Hoc autem

fuit primum schisma in Ecclesia Romana

Lucij

S. LUCIVS.



LVCIVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Porphyrio, Imp. Cass. Va-
 leriano et eius filio Gallieno Augg. Sedit in Petri cathedra annum vnu, me-
 ses quatuor et dies xiiii. creatus xiiii. Cal. Nouembr. Hic in exilium ac-
 tus fuit, paulo post eius electionem, et deinceps (sicut Deo placuit) ad Ec-
 clesiam suam incolumis reuersus est. Hic ordinauit ut duo presbyteri et
 tres Diacones in omni loco Episcopo semper adessent propter testimoniu
 Ecclesiarum suarum. Potestatem quoque sup gubernanda Ecclesia Stephano Ar-
 chidiacono dedit. Dum ad mortem pergeret, quam gloriose sub Gallieno
 et Valeriano Imp. obiit capite damnatus die iiii. Nonas Martij. Anno
 Christi cccv. Cum ordinationes tres fecisset, quibus Episcopos p diuersa
 loca vii. in urbe uero Roma presbyteros iiii. et Diaconos iiii. creauit. Ca-
 dauex eius in Coemeterio Callisti, uia Appia cum alijs martyribus hono-
 rifice conditum est. Et Romana sedes eo mortuo uacauit
 mense vno, et diebus quinque.

XXIII.



S. STEPHANVS.





*ut sacerdotes et Dia-
conos sacralis uestis
non nisi in Ecclesia
utentur.*

STEPHANVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Iulio, sancte Roma-
ne Ecclesie Archiepiscopus, Imp. Cass. Valeriano et Gallieno Augg. Sedit
in Petri cathedra annos treis, menses treis et dies xxiii. creatus iiii. Idus
Aprilis. Hic ordinavit, ut sacerdotes et Diaconos sacralis uestibus non ni-
si in Ecclesia uterentur. multos quoque Gentilium ad Christi fidem suis pre-
dicationibus traduxit. Fecit autem ordinationes duas mense Decembri, Epis-
coporum per diuersa loca trium, in urbe Roma presbyterorum vi. et Dia-
conorum quinque. Qui pro confessione Catholicae Veritatis ab urbis prefec-
to tentus, ac capite plexus est, die iiii. Nonas Augusti. Anno Dominice
natiuitatis cclviii. Cadaver eius in Camiterio Callisti via Appia
sepultum est. Vacavit eo mortuo sancta Romana sedes
dies duos et uiginti. x.

S. XYSTVS. II.



XYSTVS II. natione Græcus, patria Atheniensis ex patre Philosopho Imp. ,
Cass. Valeriano et Gallieno Augg. Sedit in Petri cathedra annum viii,
menses xi. et dies xiii. creatus xi. Cal. Septembris iisdem Augg. Cass.
quo tempore saeuissima persecutio Gentilium in piorum sanguinem
grassabatur. In qua captus beatus Papa Xystus ad prefectum urbis
adductus est, a quo quum ad sacrificandum Idolis coqueretur et abnueret,
capitis truncatione martyrij palmam adeptus est. Ordinationibus duabus
mense Decembri in urbe Roma factis, quibus episcopos per diuersa loca
duos, in urbe uero Roma presby. iiii. et Diaconos vii. creauit. Occisus
est autem beatissimus Papa Xystus ii. cum sex Diaconibus S. R. E.
uide.

23.

videlicet Felicissimo, Agapito, Ianuario, Vincentio et Stephano die viii. Idus Augusti, anno Domini cccxx. sub Valeriano et Gallieno Impp. Cadaver Papa Xysti sepultum est in Camiterio Callisti uia Appia. Sex uero Diaconorum corpora in camiterio praetextati condita sunt, et cessauit Episcopatus dies xxv. Die autem tertio passionis beati Xysti occisus est beatus Laurentius S. R. E. Archidiaconus, cum Seuero presbytero, Claudio Subdiacono, Crescentio lectore et Romano hostiario. iiii. Idus Augusti, quorum corpora sepulta sunt in crypta uia Tyborina iuxta camiterium Cyriaci in Agro uernano cum alijs nonnullis martyribus, ubi hodie S. Laurentij nomine nobilis Ecclesia fabricata conspicitur.

S. DIONISIUS.



DIONISIUS Monachus se potius Anachoreta, Impp. Cass. Valeriano, et Gallieno Augg. Sedit in Petri cathedra annos 1xx, menses iiii, dies v. creatus xi. Calend. Septemb. Hic Papa presbyteris Romanae Ecclesiae parochias seu Dioceses a se constitutas, et Camiteria diuisit, ut unusquisque certis limitibus eorum portiones cognosceret. Fecit quoque ordinationes duas mense Decembri, Episcoporum per diuersa loca septem, in urbe uero Roma presbyterorum xii. et Diaconorum sex. Et capite pro fide truncatus migravit ad Celos sub Imp. Claudio Aug. Anno cccxxix. die vii. Calend. Ianuar. Cadaver in Camiterio Callisti uia Appia sepultum est.

Et uacauit eo mortuo Sancta Romana sedes dies quinque

XXVII.

S. FELIX. II.



XXVIII.



FELIX natione Italus, patria Romanus, ex patre Constantio, Imp. Coss. Al. Flauio Claudio, Quintillo, et Aureliano Augg. in Pehi sede uixit annos iii. menses v. Creatus die Calendarum Ianuarij. Hic instituit, ut circa martyrum sepulchra Missa à sacerdotibus celebrarentur, ordinationesq; duas mense Decembri fecit, quibus p̄ diuersa loca Episcopos numero v. in Vrbe uero Roma diaconos v. et presbyteros ix. instituit. Quum autem multos gentiles ad Christi fidem predicationibus suis traxisset, ab infidelibus tentus esset, ac Idolis immolare coactus, quod facere constansissime recusans, capitali sententia punitus obdormiuit in Domino die iii. Calendas Junij, Anno Dominiue natiuitatis cclxxiii. Cadaver eius in Basilica à se constructa sepultum est uia Aurelia, milliario ab urbe Roma secundo. Vacauit Sancta Romana sedes dies quin.

que.

S. EUTICHIANVS.



Euti

EUTICLIANVS natione Italus, prouincia Tuscia patria Luconsis ex patre Maximo, Imp. Cass. Aureliano, Tacito, Probo, Caro cum filijs Carino, et Numeriano. Sedit in Petri cathedra annos 1x, creatus Nonis Junij. Hic cons tituit, ut tantum uue, et fabarum fruges super altare in Ecclesia benedicerentur. Hic manu sua per diuersa tempora trecentos, et XLII. martyres sepeliuit, ordinauit quoque ut martyres defuncti sine Dalmatica, Colobio, aut alia ueste purpurea sepelirentur. Ordinationibus autem quinque mense Decembri factis, quibus Episcopos p diuersa loca nouem, in urbe Roma presbyteros xxiii, et Diaconos v. ordinauit, capitali sententia pro Christi fide necatus migravit ad Calum. Idibus Decemb. anno Domini ccxxciii. Cadauer eius in camiterio Callisti uia Appia sepultum est. Et uacauit S. Rom. sedes dies treis.

25. XXVIII.



ut in uue, et fabarum fruges super altare in Ecclesia benedicerentur.

S. CAIUS.



CAIUS natione Dalmata, patria Salonensis, ex patre Caio, Imp. Diocletiano consanguinate coniunctus, Imp. Caro, Carino, Numeriano Diocletiano et Maximiano Augg. Sedit in Petri cathedra annos xii. menses iii. dies vi. creatus xvi. Calend. Ianuarij. Imp. Cass. superiorum Coss. Hic de ad sacerdotium promouendi leges tulit, ut si quis Episcopus uel presbyter fieri mereretur, per gradus Ecclesias suos sic ascenderet, ut primo esset Orficiarius Lector, Exorcista, et Acolytus, mox subdiaconus, deinde Diaconus post presbyter, et demum Episcopus. Diaconis quoque regiones Urbanas paruitus est. Hic fugiens persecutiones Diocletiani, diu in Cryptis sa.

XXX.



hic per gradus ad presbiteratum, et Episcopatum uenit, leges tulit

26.

titavit. A cuius ministris tandem comprehensus, ad Christum negare com-
pulsus, quum id facere constantissime recusavit, capite cæsus obdormiuit
in Domino, x die Calendas Maij, anno domini cccxvi. ordinationibus prius
quatuor mense Decembri factis, quibus Episcopos per diversa loca quin-
que, in Vrbe uero Roma presbyteros xxv. et Diaconos octo
creauit. Cadaver in Camiferis Callisti uia Ap-
pia sepultum est. Vacauit sedes
dies xv.

S. MARCELLINVS.



XXXI.



MARCELLINVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Proiecto, Impj.
Cass. Diocletiano et Maximiano Augg. Sedit in Petri cathedra annos
vii. menses undecim et dies xix. creatus viii. Idus Maij. Quo tempore,
adeo Gentilium in Christianos rabies grassabatur, ut infra unius me-
sis interuallum, xviii. millia hominum utriusq; sexus per diuersas
provincias pro Christi confessione martyris consumpta tradantur. In
qua persecutione captus est et ipse Pontifex Marcellinus, atq; ad sacri-
ficandum Dæmonij ductus, metu mortis duo grana incensi Turbulis im-
posuit. Et post paucos dies penitentia ductus in Synodo Suessa in Campa-
nia congregata Episcoporum c. lxxx. publice penituit, cilicio uestitus, et
imposito cinere super caput. Quum autem iterum ductus esset ad demonu
sacrificia, cogerebaturq; ad immolandum, et constantissime recusaret, illius
quod prius fecerat delicti in turbificando ualde penitere, statim principis
iussu cum Claudio Cyrino et Antonio Diaconibus capite cæsus est et

max

27.

martyr effectus, die vi. Calend. Aprilis. Anno Domini ccciii. Quum ordi-
 nationes duas mense Decembri fecisset, quibus Episcopos per diuersa lo-
 ca v. in urbe uero Roma presbyteros quatuor, et Diaconos duos creasset.
 Cadaver sepultum a Marcello Papa successore suo uia Salaria in Ca-
 miterio Priscilla, in loco qui dicitur Cubiculus Claxus, in
 crypta, prope corpus S. Crescentianis. Cessa-
 uit Episcopatus menses
 duos.

S. MARCELLVS.



MARCELLVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Benedicto, de regi-
 one uia Lata S. R. E. presbyter. Imp. Cass. Constantio, Galerio, Constan-
 tino, Licinio, Maximino, et Maxentio Augg. Sedit in Petri cathedra annos
 quatuor, menses vi. et dies xxi. creatus v. Calend. Julij. Hic Pontifex fe-
 cit maximum Camiterium uia Salaria, in agro nobilis matronę Priscille
 quod ab eius nomine appellatum est. xxv. quoque Titulos Cardinales
 in urbe Roma instituit, quasi dioceses propter baptismum et pœnite-
 tiam multorum, qui ex gentilibus ad Christum conuertebantur, simul-
 que ut martyrum sepultura consultum esset. Quum autem ordinatio-
 nes in urbe Roma plures fecisset, quibus per diuersa loca Episcopos
 xxi. in ecclesia uero Romana presby. xxvi. et Diaconos ii. creauit,
 tentus est a Maxentio Tyranno, qui urbis Principatum occupabat,
 atque in Cacabulo (loci id genus est) relegatus, a quo diuino numino
 liberatus quum ecclesiam constitueret, et a predicatione Verbi Dei no-

XXXII.

20.
 desis teret, denuo Maxentij iussu tentus, iterum ad deseruendum uisibus ani-
 malibus damnatus est, in quo loco deficiens mortuus est Christi confessor
 factus, die xvii. Cal. Februarij. Anno Domini cclix. Cuius Cadaver col-
 legitur beata Lucina uidua Sanctissima, et sepeluit in camite,
 via Priscille uia Salana. Vacauit uero eo mor-
 tuo Sancta Romana sedes
 dies uiginti. x.

S. EVSEBIVS.



XXXIII.



EVSEBIVS natione Græcus, ex patre Medico, Imp. Cæs. Galerio Constan-
 tino, et Maxentio Aug. Sedit in Petri cathedra annos duos menses septem
 et dies uiginti septem, creatus viii. Idus Febr. Hic Papa hæreticos in urbe
 Roma inuentos ꝑ manuum impositionem Ecclesie reconciliauit. Ordinatio-
 nem autem unam mense Decembri fecit, qua Episcopos per diuersa loca
 numero xiiii. in urbe uero Roma presbyteros xiii. et Diaconos iii. ordi-
 nauit. Occisus pro Christo die vi. Nonas Octobris. Anno Dominicae na-
 tiuitatis cccxi. sub Maxentio Tyranno migravit ad Cæ-
 los, Galerio Maximiano, et Licinio utrisque Augus-
 torum Cons. Cadaver sepultum in Ca-
 miterio Callisti uia Appia. Et
 cessauit eo mortuo.

S. Romana
 sedes
 dies septem.

Mist

29.

S. MILTIADES.



MILTIADES natione Apyex, Imp. Cass. Constantino et Licinio Augg.
 Sedit in Petri cathedra annos III. et menses II. creatus VI. Id. Octobris. Hic
 instituit ut nulla ratione die Dominico aut quinta feria ullus fidelium
 ieiunium ageret, quod gentiles in his diebus sua ieiunia celebrarent.
 Manichæi quoque in Vrbe Roma ab eodem detecti sunt. Fecit autem
 ordinationem unam mense Decembri, in qua Episcopos p̄ diuersa loca
 numero XII. in vrbe uero Roma presbyteros VII. et Diaconos VI. or-
 dinauit. Romæ ab urbis præfæcto pro Christo capitali sententiâ plexus,
 migravit ad Calum, die III. Idus Decembris. Anno Domini. CCCXXIII.

Cadauer sepultum in cemiterio Callisti uia Appia. eo mortuo Ro-
 mana sedes sine Episcopo fuit per dies decem et
 septem.

Hi superiores XXXIII. Pontifices Romani omnes pro Chris-
 ti fide martyris coronati sunt.

XXXIII.



ut nullus fidelium
 ieiunium ageret die
 dominico, aut feria
 quinta

S. SILVESTER





30. SILVESTER natione Italus, patria Romanus, ex patre Rufino, Imp. Cas. Flauio Constantino Maximo Aug. et filijs eius Constantino et Constantio, ac Constante Cass. Sedit in Petri cathedra annos vnum et uiginti, et dies iiii. creatus v. Calend. Decembris. Hic persequutiones Gentilium fugiens in monte Soracis latitauit. Deinde cognita Constantini Principis crudelitate, diuino ei miraculo in bello civili confirmata, in Vrbe ueniens, cum in Christi fide plene instructum animosorem ad Christianam religionis cultum persequendum fecit. Constantinus enim non solum Gentilium persequutiones sustulit, grauissimiq; edictis prohibuit Christianos quicquam pati, uerum etiam legem tulit, licere omnibus urbem Romanam colentibus libere Christum colere, ecclesiasque in eius et sanctorum honorem fabricare, Christianosq; ad omnia publica Reip. munera obeunda admisit, quo iure à superioribus Principibus priuati erant in Christum credentes. Sancti quoque Pontificis Siluestri suasu, multas tam in Vrbe Roma quam extra Basilicas Christo et sanctis fabricauit, quas beatus Siluester Papa solemniter dedicauit, inter quas hæ præcipue fuerunt. Basilica Lateranensis, S. Petri, S. Pauli, S. Crucis in Hierusalem, S. Agnæ, S. Laurentij extra muros, SS. Petri et Marcellini uia Labicana inter duas lauros, et S. Martini in montibus, easque omnes multis donis, ornamentis et redditibus locupletauit, ad subuentionem sacerdotum, et presbyterorum in eisdem in Dei seruitio commorantium. Huius Pontificis tempore sancta et uniuersalis magna Synodus Nicæna prima ccc.lix. Episcoporum congregata est, iubente Constantino Aug. in qua Arius hæreticus damnatus est. Ipse quoque beatus Pontifex concilium in urbe Roma Episcoporum ccc. lxxvii. conuocauit, in quo ea que acta erant in sancta Synodo Nicæna confirmauit, insuper ceteros ab Arrio Hæreticos damnauit, id est Photium, Sabellium, Callistum, et eorum adhaerentes. Hic constituit Chrisma non nisi ab Episcopis confici posse, multas quoque alias constitutiones fecit, quas nimis longum esset remunerare. Ordinationes autem sex in mense Decembri fecit, quibus Episcopos p̄ diuersa loca numero lxxv. et in urbe Roma presbyteros xxlii. et Diaconos xxvi. ordinauit. Mortuus est autem hic beatissimus Papa in pace Ecclesie, quam

quam Deus post longas tribulationes tandem dedit, sub Constantino Imp. 31.
 die pridie Calend. Januarij. Anno Domini ccc. xxxv. Cadaver eius in Ce-
 miterio Priscilla via Salaria sepultum est. Et cessavit Epis.
 copatus dies quindecim.

S. MARCVS.



MARCVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Prisco S. R. E. Diaconus Cardinalis, à Papa Siluestro creatus. Imp. Constantino Aug. et eius filijs Cas. in Petri cathedra sedet menses viii. et dies xxii. Creatus xvi. Calendas Februarij. Hic instituit, ut Episcopus Ostiensis Episcopum Romanum electum consecraret, et ob eam rem pallio uteretur. Fecit quoque duas Basilicas, alteram via Ardeatina, ubi sepultus est, alteram in regione via lata, quae nunc S. Marci dicitur, quas Constantinus muneribus et ornamentis decoravit, doctibusq; locupletavit. Ordinatione autem una mense Septembri facta, in qua Episcopos uiginti octo presb. quindecim, et Diaconos quinque creauit, pridie Nonas Octobris, mense nono Pontificatus requieuit in Domino. Cadaver sepultum in Cemiterio Balbina via Ardeatina, prope Ecclesiam suam. Et uacauit eo morbus Sancta Romana sedes dies uiginti.

XXXVI.



S. IULIVS.



XXXVII



IULIVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Rustico. S. R. E. Diaconus Cardinalis à Papa Siluestro factus, Imp. Cas. Constantino Maximo et eius filijs Augg. Sedit annos xiii. menses v. die xvi. Creatus v. Cal. Nouembris. Hic multa passus est à Constantino filio magni Constantini, à quo, et in exilium actus est. Verum eo post menses x. occiso, reuersus est Papa Iulius Romam ad sedem suam. Fecit hic pontifex Basilicas duas, unam iuxta forum, aliam uia Flaminia, et camiteria tria. Constitutum quoque fecit, ut Clericus in publico nullam causam ageret, nisi in Ecclesia re. Fecit autem ordinationes tres mense Decembri, quibus in urbe Roma presbyteros xix. et Diaconos iii. per diuersa autem loca Episcopos nouem ordinauit. Mortuus uero est die pridie Idus Apri. Anno Christi cccl. Cadauer eius uia Aurelia in Camiteris Calle. podij Lapide ab urbe tertio sepultum est. Vacauit sedes Romana dies uiginti quinq.

S. LIBERIVS.



Liberi

LIBERIUS natione Italus, patria Romanus, ex patre Augusto nobili genere ortus, Imp. Cæs. Constantio Augusto, filio magni Constantini. Sedit in cathedra Petri annos xv. menses iiii. dies xix. Creatus die viii. Idus Maij, quum esset S. R. E. Diaconus Card. à Papa Siluestro factus. Hic à Constantio Aug. Sede sua pulsus, in exilium actus est, quod in Athanasij Alexandrini Episcopi damnationem subscribere noluisse, pridie Idus Augusti, anno cccxv. Pont. sui anno quarto, mense tertio et die iiii. ac in eius locum ab Hereticis Felix eius Archidiaconus successit; qui sedem Romanam tenuit toto biennio, quo Liberius in exilio fuit. Post biennij autem tempus, Constantius Romam ueniens, precibus matronarum Romanarum pro Liberio exorantium commotus, pulso Felice, Liberium sedi sue restituit, qui deus sedit annos octo, menses decem, et dies decem. Hic Pontifex ornauit ex crustis marmoreis S. Christi martyris Agnetis. Fecit quoque Basilicam iuxta Macellum Libianum, qua de nomine suo Basilica Liberij appellata est. Fecit autem ordinationes duas in urbe Roma per mensem Decembrem, quibus per diuersa loca numero xxix. in Ecclesia uero Romana presbyteros xviii. et Diaconos v. ordinauit. Mortuus est autem die viii. Calend. Octobr.

Anno Dominice Natiuitatis cccxxvi. sub Valentiano, et Valente Imp. Cadauer eius in Camiterio Priscilla uia Salaria sepultum est. Vacauit eo mortuo S. Romana sedes dies septem.

FELIX II.

FELIX II. natione Italus, patria Romanus ex patre Anasasio, ex Archidiacono S. R. E. (exacto Pontificatu Liberio) Constantij iussu à Clero Romano in eius locum Pontifex factus est. Qui sub eodem Constantio principe in Schismate sedit annos ii. menses tres, et dies iiii. Creatus pulso Liberio, pridie Id. Augusti, Hic Papa fecit Basilicam unam uia Aurelia, et Agrum emens situm circa Basilicæ locum, eidem obtulit. Ordinationem autem unam mense Decembri fecit, qua Episcopos xix.

33. XXXVIII



XXXIX.



per diuersa loca, in urbe uero Roma presbyteros xxxi. et Diaconos v. creauit,
Coactus abdicauit Pontificatum die xvii. Calend. Decemb. Anno Domini
ccclvii. Obijt sub Liberis Papa, in ecclesia sua sepultus 2c

SCHISMA II. IN ECCLESIA ROMANA

inter Liberium, et Felicem.

S. DAMASVS.



xxxx.



DAMASVS natione Hispanus, patria. . . . ex patre Antonio, S. R. E. Dia.
conus Cardinalis sedit Impy. Cass. Valentiniāno, Valente, Gratiano, Va.
lentiniāno iuniorē, et Theodosio Augg. In Petri cathedra annos xvii.
menses ii. dies x. Creatus in schismate cum Ursicino Diacono, die vi. No.
nas Octobris. Verum concilio Sacerdotum coacto Damasus in sede Apo.
lica confirmatus est. Ursicinus uero Vrbe eiectus Neapoli Episcopus or.
dinatus est, quod maior, et fortior pars cum Damaso erat. Qui fecit
Basilicas duas, alteram S. Laurentij, quam titulum Romanum fecit, alte.
ram ubi requiescit uia Ardeatina. Hic psalmos David in partem diuisos
a Sacerdotibus in Ecclesia die nocteque cani praecepit. Ordinationes quo.
que quinq; mense Decembri fecit, in quibus Episcopos p̄ diuersa loca
numero lxxii. presbyteros xxx. et Diaconos xi. creauit. Non longē
autem post beatus Damasus obdormiuit in Domino, die treis Idus De.
cembri. Anno Domini. cccxxxii. Cadauer eius se.

gultum est uia Ardeatina, in Basili.
ca sua. Et uacauit sedes
mense vno.

VRSI.

VASICINVS natione Romanus, ex S. R. E. Diacono Cardinale in schis-
 mate cum Damaso creatus est vii. Calend. Octobr. ab his qui Liberij
 partes sequebantur, sub Imp. Valentiniano et Valente. Sedit in sua
 obedientia annum vnum, mensem vnum, et dies xxiii. Verum cum
 plebis, et Clericorum maxima pars cum Damaso esset, actum est per
 Valentinianum Imp. ut Vasicinus urbe caderet, qui dicti Imp. ob-
 temperans, xvi. Calend. Decembris. Anno Christi cccxxvii. Ponti-
 ficatum abdicans, urbe decemit, et Ecclesia Neapo-

35. XXXXI.



litana Episcopus constitutus est.
 Schisma iii. in Ecclesia Romana inter Damasum,
 et Vasicinum.

S. SYRICIVS.



SYRICIVS natione Italus, patria Romanus, patre Tiburtis S. R. E.
 Diaconus Cardinalis, Imp. Cass. Gratiano, Valentiniano iunior, The-
 odosio Arcadio, et Honorio Augg. In Petri cathedra vixit annos xv.
 mensem i. et dies xi. Creatus pridie Idus Ianuarij. Hic constituta mul-
 ta aduersus omnes haerese fecit, eaque p urbem Romanam misit.
 Hic Manichaeos Vrbe Roma pelli fecit, et super eorum conuersione
 leges tulit, quomodo recipiendis essent, quando resipiscunt. Ordinatio-
 nes uero quinque v. mense Decembri fecit, quibus Episcopos p diuer-
 sa loca xxxii. et in vrbe Roma presb. xxxi. et Diac. xvi. creauit. Obi-
 it Roma viii. Calend. Maij. Anno Domini cccxxviii. Cadaver
 eius sepultu est in Caemiterio Priscillae, et uacauit sedes dies

XXX XII.



xx.

ANASTASIVS.



XXXIII.



ut in Euangelium
in Eulapia legitur
omni fidelis non se-
derent, sed stantia
rent

ANASTASIVS natione Itala, patria Romanus, ex patre Maximo, Impy.
Cass. Arcadio, et Honorio fratribus Augustorum. Sedit in Petri cathe-
dra annos quatuor, mensem vnum, et dies xiii. Creatus Idibus Martij.
Hic instituit, ut dum Euangelium in Ecclesia legitur, omnes fideles non
sederent, sed recti starent. Fecit Basilicam S. Crescentiani in Vrbe Ro-
ma regione ii. constituitq; transmarinum hominem non debere ad sacros
ordines suscipi, nisi Chyrographum a quinq; Episcopis signatum defer-
ret. Ordinationes autem duas mense Decembri fecit, in quibus Episcop.
per diuersa loca ix. et Diaconos v. ordinavit. Roma mortuus est die
v. Calendas Maij. Anno Domini Natiuitatis cdu. Cada-
uer eius sepultum in camiferio suo ad Ursam pilea-
tum, in loco, ubi nunc est Ecclesia S. Vi-
briane in urbe Roma. Vacauit se-
dies xxii.

INNOCENTIVS.



Inno.

37. XXXXIII.
INNOCENTIUS natione Italus, ex patre Innocentio. S. R. E. Diaconus Cardinalis, Imp. Caes. Arcadio et Honorio. Sedit in Petri cathedra annos xv. menses ii. dies x. creatus xiiii. Cal. Junij. Hic multas consuetudines edidit de Monachorum monasterijs, haereticis Judaeis et Gentilibus. Sabbati quoque ieiunium celebrari mandavit. Ordinationes autem fecit per mensem Decembrem quatuor. Quibus Episcopos per diversa loca l. iiii. in urbe uero Roma presbyteros xxx. et Diaconos xii. ordinavit. Obijt Roma die v. Calend. Aug. Anno Domini ccccxxviii. Cadaver sepultum in camiterio ad Virum pileatum, in regione secunda. Vacavit S. Romana sedes dies xxii.



Sabbati ieiunium celebrari mandavit

ZOSIMVS.



ZOSIMVS natione Graecus, ex patre Abrahamo, Imp. Caes. Honorio et Theodorio iuniore Aug. Sedit in Petri cathedra annos ii. menses iiii. et dies iv. Creatus xiiii. Calend. Septembris. Hic instituit benedictionem cerei paschalis, et ut nullus clericus pocula in publico populis propinaret, nisi tantum in cellis clericorum. Hic fecit ordinationem unam in urbe Roma per mensem Decembrem, in qua Episcopos octo per diversa loca, et in Ecclesia Romana presbyteros x. et Diaconos iii. ordinavit. Mortuus est Roma vii. Calend. Ianuarij. Anno Christi cdxix. Cadaver eius sepultum est in Basilica S. Laurentij extra muros, uia Tyburтина, iuxta cryptam, prope S. mar. hys corpus. Et uacavit sedes dies duos.

XXXXIII.



Instituit benedictionem cerei paschalis

BONIFACIUS.



XXXXVI.



BONIFACIUS natione Romanus, ex patre Iucundo S. R. E. presbytero. Imp. Cass. Honorio, et Theodosio iuniore Augg. Sedit in Petri cathedra annos freis, mensem vnum, et dies xxxix. Creatus in schismate cum Eulasio, S. R. E. Archidiacono die v. Calend. Ianuarij. Et durauit schisma menses iii. et dies xv. Eulalius enim ordinatus est in Basilica Constantinsiana, Bonifacius in Basilica Julij, quod pulso ob temeritatem Eulalis, et Bonifacis in sede Apostolica confirmato sublatum est. Hic Pontifex constituit, ut nulla mulier, uel etiam monacha pallam sacrata contingeret, aut incensum in Ecclesia adoleret. Nec sexuum Clericum fieri. Fecit quoq; oratorium in Camiterio S. Felicitatis iuxta eius sepulchrum, quod etiam ornauit. Fecit autem ordinationem vnam in Vrbe, Roma p mensem Decembrem, qua Episcopos sex diuersa loca numero xxxvi. in Ecclesia uero Romana presbyteros xx. et Diaconos iii. mortuus est Roma die viii. Calend. Nouemb. Anno Domini cxxxiii.

Sepultum est eius Cadauer uia Salaria iuxta corpus S. Felicitatis martyris. Vacauit eo mortuo Sancta Romana sedes dies

ix.

EVLALIUS.

XXXXVII.



EVLALIUS natione Italus, patria Romanus, ex Archidiacono S. R. E. in Schismate cum Bonifacio Pontifex creatus est v. Calendas Ianuarij. Imp. Cass. Honorio, et Theodosio iuniore Augg. Sedit menses freis. et

ut nulla mulier uel et
monacha pallam sacra-
tam contingeret, aut incensum
in Ecclesia adoleret.

et dies xv. Audiens enim Placidia Augusta, Valentiniani Imp. mater, ^{39.}
 et Honorij Imp. soror Schisma in Ecclesia Romana subortum inter Bo-
 nifacium, et Eulaliū, statim hoc retulit Imp. Honorio (qui Medio-
 lani residebat) eum deprecans ut Ecclesia Romanae prouideret. Qui
 statim per vrbis prefectum egit, ut uterque electus ex urbe exirent,
 donec res ad planum cognosceretur, quod et factum est. Bonifacius
 enim habitauit in Cæmeterio S. Felicitatis uia Salaria, Eulalius
 uero in Ciuitate Aukō ad S. Hermen. Die autem proximo Pasche
 adueniente Eulalius, quod ordinatus esset in Basilica Constantini-
 ana, celebrauit. Bonifacius uero præceptum Imp. non transgrediens
 Pascha celebrauit extra urbem in Basilica S. Agnetis martyris, Hoc
 audito Imp. Honorius, indignatus est, Eulaliūq; ex urbe eijci iussit,
 et Bonifacium Episcopum Romanum confirmari. Eulalius uero Episco-
 pus Neapoli constitutus est, quum in sua obedientia uixisset, Papa me-
 ses tres, et dies xv. Abdicauit autem Pontificatum iii. Idus Aprilis.
 Mortuo uero Bonifacio omnis Clerus et P. Rom. Eulaliū sibi in Epis-
 copum proposuerunt, qui tamen nulla ratione adduci potuit, ut in urbem
 reuerſi uellet, et post annum mortis Bonifacij, ipse obiit Nea-
 poli, ibique sepultus. Anno Domini c. natūi.

latis c. d. xxxiii.

Schisma iiii. in Ecclesia Romana inter
 Bonifacium, et Eulaliū.

COELESTINVS





COELESTINVS natione Italus, patria Romanus ex patre Prisco, Imp. Cass. Theodosio iuniore, Placidio Valentiniano III. Augg. In Petri cathedra sedit annos octo, menses v. et dies iii. creatus pridie Non. Nouemb. Hic constituit, ut psalmi David ante Missam cantarentur a sacerdotibus alternatim, quod non ante fiebat. Missa quoque Graduale ordinavit. Hic Pont. dedicavit Basilicam Iulij. Ordinationes autem in urbe Roma mense Decemb. treis fecit, in quibus p̄ diuersa loca Episcopos Episcopos XLII. presbyteros uero in Ecclesia Romana duos et xxx. et Diaconos XII. ordinavit. Mortuus est Roma die viii. Idus Aprilis. Anno Domini CDXXXII. Cadaver sepultum est in caemiterio Priscille uia Salaria. Vacauit sedes dies xxxi. Sub hoc celebrata fuit uniuersalis Synodus sexta Ephesina cc. Episcoporum contra Nestorium Patriarcham Constantinopolitanum haeticum, diuinam in Christo naturam negantem.

XYSTVS. III.



XYSTVS III. natione Italus, patria Romanus, ex patre Xysto, Imp. Cass. Theodosio iuniore, et Placidio Valentiniano Augg. In Petri cathedra sedit annos vii. et menses xi. creatus v. Calendas Maij. Hic adulterij reus, penam sinit, et accusatores damnati sunt. Dedicavit Basilicam Liberij, a se, a fundamentis restitutam, qua hodie S. Maria maioris appellatur, ut indicant uetusse litere in aspidē scripte Xystus Episcopus plebi Dei. Huius suggestionē Valentinianus Imp. omnes fere Basilicas urbis exornauit.

nauit. Ordinationes in urbe treis mense Decembri fecit, quibus Episcopos
 LII. passim, Roma presbyteros xxviii. et Diaconos xii. ordinauit. Mox
 tuus est Roma v. Cal. Aprilis. Anno Christi cdxl. Cadauer eius uia
 Tyburina sepultum est in Basilica S. Laurentij in crypta.

Vacauit S. Romana sedes mensem 1.
 et dies xii.

S. LEO.



LEO I. natione Italus, Tuscia oriundus, patre Quintiano, S. R. E. Card.
 Diaconus, Imp. Cass. Theodosio iunior, Placidio Valentiniano, et Fl. Max.
 hiano Aug. Sedit in Petri cathedra annos xx. menses xi. et dies ii. Crea-
 tus vi. Idus Maij. Imp. superiorum Consulibus. Hic dedicauit Basilica
 S. Stephani uia Latina, edificatam a Demetria ancilla Dei, in praedio suo,
 tertio ab urbe Lapide. Sub hoc celebrata fuit uniuersalis Synodus quae
 in Calcedonenis dxxx. Episcoporum, contra Dioscorum Alexandrinum
 Patriarcham, et Eutychem Abbatem, haereticos. Sub hoc Roma a Vandalis
 capta est Genserico rege: et omnes Basilicae suis ornamentis spoliatae, quae
 iuxta suum posse res tenuit. Instituit super sepulchra Apostolorum cubito-
 des ex clero, qui dicuntur Cubicularij. Ordinationes uero iiii. per mensem
 Decembrem in urbe fecit, quibus per diuersa loca Episcopos cxxcv. in
 Ecclesia uero Romana presby. xxci. et Diaconos xxxi. ordinauit. Mox
 tuus est Roma, anno Domini cdlxi. die iii. Idus Aprilis.

Cadauer eius in Basilica S. Petri sepultum est.

Vacauit Romana sedes dies septem.

XXXXX.



S. HILARIUS.



LI.



HILARIUS, natione Sardinus, patria Casaritanus, ex patre Crispino, Imp. p. Cass. Leone, Maioriano, et Eusebio Augg. Sedit in Petri cathedra annos vi. menses iii. dies ix. creatus xiii. Calend. Maij. Hic quatuor Concilia, Nicanum, Constantinopolitanum, Ephesinum, Chalcidonense approbavit, et hereses, contra quas collecta erant, damnavit. Multa oratoria a fundamentis construxit, et exornavit Basilicas. Duas Bibliothecas in Patriarchio Lateranen. instituit. Ordinationes treis mense Decembri fecit in Vrbe, quibus Episcopos parum xxxvi. et in ecclesia Rom. presb. lviii. Diaconosq. xi. creavit. Mortuus est Romae vi. Calend. Augusti. anno Dominice natiuitatis cdlvii. Cadaver sepultum ad Sanctum Laurentium extra muros in crypta, iuxta corpus

S. PP. Xysti. Vacavit sedes

Romana eo mortuo

dies x.

SIMPLICIUS.



Simpl.

SIMPLICIUS natione *Italus*, patria *Tyburtinus*, ex patre *Casino*, Impp. *Cass. Severo*, *Anthemio*, *Olybrio*, *Glycerio*, *Nepote*, *Augustulo*, et *Flavio Zenone* Augg. *Odoacre*q. *Italia* rege. Sedit annos *xxiii*. menses *vi*. et dies *xxiii*. creatus *vii*. Idus *Augusti*. Hic *Basilicas S. Stephani* prope *S. Laurentium* extra muros, *S. Bibiana* ad *Vrsu*m pileaticum dedicavit. Ordinationes quoq. suis mense *Decembri* fecit, quibus *Episcopos* passim *xxii*. et in *Urbe Roma* *Diaconos* *v*. et *presbyteros* *xxv*. ordinavit. *Mortuus* est *Roma* *vi*. *Nonas Martij*. Anno *Domini* *cdxxii*. *Cadaver* eius in *Basilica* principis *Apostolorum* sepultum est. *Vacavit S. R.* sedes dies *sex*.

43. LII.



FELIX III.



FELIX III. natione *Italus*, patria *Romanus*, ex patre *Felice* presbytero *Card. Rom. Ecclesia*, de nobilissima domo *Anicia* (qua postea *Fregesani* appellata est) *S. Gregorij magni* *Doctores* *avunculus*. Impp. *Zenone*, et *Anastasio* Augg. *Odoacre* quoque et *Theodorico* *Italiae* regibus. Sedit annos *xi*. menses *xi*. dies *xiii*. creatus *vii*. Idus *Martij*. Hic fecit *Basilicam S. Agapiti*, *Episcopos* *Orientalis* *haereticos* *damnavit*. *Constantinopolitanum*, et *Alexandrinum*. Ordinationes autem duas mense *Decembri* fecit quibus *Episcopos* passim *xxx*. in *Urbe* vero *Roma* *presbyteros* *xxix*. et *Diaconos* *quinque* creavit. *Mortuus* est *Roma* die *xi*. *Calend. Mart.* anno *Domini* *cdxxiii*. *Sepultus* in *Basilica S. Pauli*. *Vacavit* *sedes Roman.* dies *v*.

LIII.



GELASIVS.



LIII.



GELASIVS, natione Apber, ex patre Valerio Episcopo, Imp. Ces. Anastasio Aug. et Theoderico Italię rege, sedit in Petri cathedra annos duos, mens. viii. et dies xxvi. creatus iii. Calend. Martij. Hic exilio damnauit Manicheos eorum codicibus incensis. Amator fuit multum pauperum, et Clericum ampliauit. Scripsit uolumen insigne aduersus Eutyche et Nestorium hereticos. Fecit autem ordinationes duas, alteram mense Ianuario, alteram mense Decembri, quibus Episcopos lxxii. in urbe, uero Roma presbyteros xxxii. creauit. Mortuus est Roma xi. Calendas Decembris. Anno Dominię natiuitatis

ccccxvi. Cadauer in Basilica
Sancti Petri Apostoli se-
pultum est.

Vacauit eo mortuo Sancta Romana se-
des dies septem.

ANASTASIVS II.



Anas.

ANASTASIUS II. natione Italus, Romanus patria, de regione Exquiritana, ex patre Petro, sub Anastasio Aug. et rege Italia Theoderico, sedit in Petri cathedra annum unum, menses xi. dies xxii. creatus iii. Cal. Decembr. Hic sepulchrum S. Laurentij argento exornauit. Ab eius conuersione multi ex Clero sese subduxerunt, quod cum Pbotino Diacono rem haberet, Acatij heretici sequace, quem clam Ecclesiam restituere conabatur, licet ob heresim, ab ea uelut amputatus, per Felice et Gelasium i. Pont. haberetur. Demum ordinatione una, mense Decembri. Episcopos passim xvi. presb. Roma xii. et Diacanos xi. misit. Mortuus in urbe xiii. Calend. Decemb. anno Domini cDxcii. Cadauer apud S. Petrum sepulchrum. Vacauit sedes Roman.

quadriduum.

SYMMACHVS.



COELIVS SYMMACHVS natione Sardinus, patria. . . . Imp. Cas. Anastasio Aug. et rege Italia Theoderico Gottho. Sedit annos xv. menses vii. et dies xxvi. creatus in schismate cum Laurentio Romano S. R. E. presbytero Card. die viii. Calend. Decembris. Symachus enim in Basilica Constantiniana, Laurentius uero in Basilica B. Mariae ad praesepe electus est. Quocirca disensum est inter populum et Clerum, quia alij Symacho, alij Laurentio fauebant. Tandem ita conuentum fuit, ut arbitrio Theoderici Regis Rauennam res decernenda legaretur. Is statuit, eum probandum esse, qui priore loco designatus esset, uel saltem cui plures suff.

LVI.



45.

LV.

fragarentur. Hæ conditiones in Symacho comperte, ideoq; in sede apostolica confirmatus, Laurentius uero Nucernus Episcopus factus est. Symachq; Manichæos urbe expulit, eor; libris publicè crematis. Hic multa oratoria et Basilicas à fundamentis edificauit, et multis domis ornauit. Consuetudine etiam, ut omni die Dominico et martyrum natalitijs Hymnus (Gloria in excelsis Deo) in ecclesia cantaretur. Captiuos multos quotannis precio redemit. Fecit ordinationes iiii. in Vrbe Roma per mensem Decemb. quibus passim Episcopos cxxvii. presbyteros uero in Ecclesia Roman. xcii. et Diaconos xvi. creauit. mortuus est Roma die xiiii. Calend. Augusti. Anno Domini Dciii. Cadauer in Basilica Sancti Petri Apostoli sepultum est. Et uacauit Sancta Romana sedes dies septem.

LAVRENTIVS.

LVII.



LAVRENTIVS, natione Romanus, ex presbytero S. R. E. in Schismate, cum Symmacho uno et eodem die creatus est, seditque mensem vnu, et dies aliquot. Demum iudicio Regis Theoderici abdicare coactus, Episcopus in Ciuitate Nucerna constitutus est. At mox Schisma contra Symmachum dum reiterasset, Episcopatu deiectus, damnatus, et male mortuus est. sub Anastasio

Imp.

Schisma v. in Ecclesia Romana, inter Symmachum et Laurentium.

HORMISDA.



Horm

HORMISDA natione Campanus, patria Frusinone, ex patre Iusto, Imp. Cæs. Anastasio et Iustino Augg. Theodorico uero, et Athalarico regibus Italica In Petri cathedra sedit annos 1x. et dies xi. creatus vi. Calend. Augusti. Hic Pontifex Clerum composuit, et psalmis exudiuit. Basilicam Alba fecit, pacem inter Ecclesiam Romanam et Constantinopolitanam composuit, quæ longo tempore sub Anastasio Imp. Dissidentes fuerant, propter Græcorum hereses. Alanienses in urbe frequentes Roma expulit. Sub hoc Pontifice multa dona Ecclesia Romane et beato Petro oblata sunt ab Imp. Iustino Aug. et regibus Gothorum Theodorico, et Francorum Clodoueo. Quum autem ordinationem unam mense Decembri fecisset, qua Episcopos. LV. p̄ diuersa loca, et in Ecclesia Romana presbyteros XXI. et Diaconos x. creauit, Roma mortuus est die viii. Idus Augusti. Anno Dominica natiuitatis. DXXXIII. Cadauer in Basilica S. Petri Apostoli sepultum est. Vacauit S. Romana sedes eo, mortuo dies VI.

47. LVIII.



p̄p̄a inter Eulysiam Romanam et Constantinopolitanam composuit.

IOANNES.



IOANNES natione Thuscus, patria . . . patre Constantio, ex presbytero, Cardinale S. R. E. in ff. SS. Joannis et Pauli, a Papa Gelasio creato, Pontifex Romanus factus est, seditq; Imp. Cæs Iustino Aug. et Theodorico rege Italia, in Petri cathedra annos duos, menses 1x. dies xv. Creatus Roma Idib. Augusti. Hoc tempore, quum Iustinus Imp. Hæreticorum et præsertim Arrianorum ecclesias destruere decreuisset, Theodoricus Rex, qui Arriana heresi infectus erat, misit legatum Papa Ioannem Const.

LIX.



tinopolim ad Imp. pro Hæreticorum Ecclesijs conseruandis, minitans se quo,
 que orthodoxorum Ecclesijs subuersurum, nisi Iustinus Arrianozum fe,
 pla infra ta relinqueret. Papa uero Ioannes Constantinopolim ueniens,
 maximo cum honore susceptus est, et omnia pro quibus ierat, impetrauit.
 Quum autem Constantinopoli in Italiam applicuisset, criminatus quod
 Consilia Imperatori contra Regem Theodericum dedisset in custodia tenq
 est, usq; Rauernam missus, in qua fame et siti, carcerisq; pedore diu cru.
 ciatus, tandem martyre Christi obdormiuit in Domino, die vi. Calendas
 Junij Anno ccccxxvi. quum ordinationem vnã mense Decembri fecis.
 set, in qua Episcopos p̄ diuorsa loca xv. creauit. Cadaver eius Ra.
 uerna in urbem transportatum in Basilica S. Petri hono.
 rifice conditum est. Vacauit eo mortuo Sancta
 Romana sedes mensem vnum et
 dies uiginti octo.

FELIX. IIII.



LX.



FELIX IIII. natione Samnis, patria Beneuentanus, ex patre Castoris ex
 presbytero Cardinale S. R. E. de titulo S. Siluestri, à Papa Hormisda cre.
 atus, Pontifex Romanus factus est, sedisq; Imp. Cass. Iustino et Jus.
 tiniano Augg. Et Athalarico Gotho in Italia rege. Sedit in Petri catho.
 dra annos III. menses II. et dies xviii. Creatus viii. Calend. Augusti. Hic
 fecit Basilicam S. Cosma et Damiani martyrum in urbe Roma in uia
 sacra. Ordinationes autem duas fecit, alteram mense Februarii, altera
 mense Martii, quibus Episcopos p̄ diuorsa loca xxxix. in Ecclesia
 Roma.

Romana presbyteros LV. et Diaconos III. creauit. Mortuus est in pace III.
Idus Octobr. Anno DXXX. Cadauer in Basilica S. Petri sepultus
est. Vacauit eo mortuo S. R. sedes, dies tres.

BONIFACIUS II.



BONIFACIUS II. natione Italus, patria Romanus, ex patre Sigenube, ex
presbytero Cardinale, Pontifex Romanus factus est. Sedit Imp. Cos. Jus-
tiniano Aug. et Athalarico Amal Gothorum in Italia rege, annum, et di-
es duos, creatus in Schismate cum Dioscuro presbytero Cardinales R. E.
XXVII. Calend. Nouembris. Dioscorus cum in Basilica Constantiana a ma-
iori parte Cleri, et populi ordinatus, potiores in Pontificatu Romano par-
teis habere uidebatur, quam Bonifacius, qui a paucioribus Clericis et Lai-
cis creatus erat in Basilica Iulij. Quumque res ad aliquod malum spec-
tare uideretur, mors Dioscuro certamen diremit. Quapropter solus Ro-
manum Pontificatum, et libere adeptus Bonifacius, statim Clerum,
qui Dioscorum elegerat, sibi reconciliauit. Hic congregata Synodus in Ur-
be Roma successorem se uiuente eligere procurauit. Vigilium Diaconum,
quod et factum est; Verum paulo post penitentia ductus, quod hoc co-
tra Canones factum esset, altera Synodus congregata, prius concilij acta
rescudit. Quam autem ordinationem unam fecisset mense Decembri, Romae
mortuus est. Die XVI. Calend. Nouemb. Anno Dominice natiuitatis D.
XXXI. post Consulatum Lampadij, et Horesis. Cadauer in
Basilica S. Petri sepultum est. Vacauit sedes me-
ses III. et dies quinque.

LXI.





DIOSCORVS.

DIOSCORVS natione Italus, patria Romanus, ex presbytero S. R. E. Cardi-
nale in Schismate cum Bonifacio secundo Papa, creatus est in Basilica Co-
stantiniana a maiori parte Clericorum et Laicorum, die xvii. Calend.
Novembris. Imp. Iustiniano Aug. et Athalarico Amal Italiae rege. Se-
dit tantum dies xxvii. Neque enim dubium esse debet, quod si diutius
uixisset, ipse et non Bonifacius, Papatum obtinisset, quod plura suffra-
gia haberet, uerum morte eius certamen direptum est, solus
que libere Papa remansit Bonifacius II.

Schisma vi. in Ecclesia Romana inter Bo-
nifacium et Dioscorum.

IOANNES II.



IOANNES II. cognomine Mercurius natione Italus, patria Romanus,
de regione Calimontium, patre Proiecto, ex presbytero Cardinale in tt.
S. Clementis, Pontifex Romanus factus est. Sedit autem Imp. Cæs.
Iustiniano Augusto. et Athalarico, Theodabatoq; Gothorum in Italia
Regibus. in Petri cathedra annos duos, menses quatuor, et dies sex,
creatus xi. Calend. Februarij, iterum post consulatum Lampadij et Ho-
restis. Sub hoc Pontifice Iustinianus Imp. multa dona direxit Beato
Petro cum Epistola fidei sua. Hic Pont. fecit ordinationem vnani men-
se Decembri, qua Episcopos p diuersa loca, numero xxxi. in urbe Ro-
ma presb. xv. et Diaconos iii. Mortuus est Roma vi. Calendas Junij.
Anno Domini Dxxxiiii. Cadaver sepultum in Basilica S. Petri. Vacauit
sedes dies tantum vi.

Agapi

AGAPITVS.



AGAPITVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Gordiano presbytero Car-
 dinale SS. Joannis et Pauli, presbyter Cardinalis in titulo SS. duodecim Apos-
 tolorum. Imp. Cas. Justiniano Aug. et rege Italia Theodabato. In Petri ca-
 thedra sedis anuum vnum, menses x. et dies xx. creatus iii. nonas Junij.
 Hic Pontifex incendio consumpsit libellum, quem Bonifacius ii. contra
 Dioscorum ediderat, sacramento, et subscriptionibus presbyterorum et Dia-
 conorum ui ab eis extortis, omnesq; a periculis absoluit. qui etiam missus
 est a Theodabato Rege Gothorum. Legatus Constant. ad Imp. Jus-
 tinianum Aug. ad placandum eum et satisfaciendum sup nece Regine
 Amalasuente uxoris sue, quam ipse necari fecerat, quum esset in tute-
 la Imp. relicta a Patre suo Rege Theoderico, atq; ob eam rem Imp. Jus-
 tinianus grauiter indignatus erat, contra eundem Theodabatum Regem.
 Qui Constantiopolim ueniens questiones multas proposuit, in rebus fi-
 dei cum Justiniano Imp. et Constantiopolitano Patriarcha Anthe-
 mio, quem hereticum inuenit, duas in Christo naturas negantem. Qui
 ad ueritatem redire uolens, depositus est de Patriarchatu ab Agapito
 Papa, consentiente Imp. et in exilium actus est. Mana presbytero Viro
 Venarabili in Patriarcham substituto. Quum autem omnia, pro quibus
 profectus fuerat, obtinuisset, atq; Romam reuertari pararet, subita agri-
 tudine correptus Constantiopolim mortuus est, xii. Calend. Junij. An-
 no Dominice natiuitatis Dcccxxv. quum prius in urbe Roma unam p
 mensem Decembrem ordinationem fecisset, qua episcopos p diuersa
 loca xi. ordinauit. Cadauer Roma relatu est. et in Basilica S. Petri se-
 pulchrum. Vacauit sedes Rom. men. vi. di. xxiv.



SILVERIUS.



LXV.



SILVERIUS natione Campanus patria Frusinae Papa Hormisde filius, S. R. E. presbyter Card. Imp. Justiniano Aug. et regib. Gothorum Theodabato et Vithige. Sedit in Petri cathedra annum unum, menses quinque, et dies xxi. creatus xvii. Calend. Januarij a Theodabato rege Gothorum sine suffragijs Clericorum, ut mos erat. Qui Theodabatus pecunia corruptus, talem timorem indixit Clero, ut qui in eius electione no' consentiret, gladio feriretur. Presbyterorum autem maior pars non subscripserunt eius electioni iuxta morem antiquum. Verum eo consecrato, partim ui, partim metu omnes subscripserunt. Non longe autem post mortuo Theodabato, Vithiges in eius locum factus est rex, contra quem ab Imp. Justiniano Bellisarius missus est dux belli Gothici, quod iam uiuente Theodabato indictum erat, ob non seruata federa cum Imp. Bellisarius, autem capta Sicilia omni, Neapolique de Gothis recepta Roma uenies, eam quoq; cepit Gothos pulsos, Anno lxxi. post quam ab eis capta fuerat. Tunc a Theodora Aug. Silverius Papa rogatus est, ut pulso Mena Patriarcha Constantinopolitano Anthemius hereticus restitueretur, quem Papa Agapitus deposuerat. Quod quum Silverius pp. nullo modo facere uellet, indignata Augusta Bellisario iussit, ut ipsum deponeret de Papatu. Vithigumq; Archidiaconum S. R. E. subscriberet qui ei pollicitus fuerat Anthemium reuocare. Bellisarius autem licet hoc agre fulerit, tamen Theodora Aug. iussioni contraire nslens, imposito ei proditioms crimine et quod Gothi Urbem tradere uellet, eum Episcopatu Romano priuauit, atq; in exilium misit, die vi. Calend. Junij.

Gothis

53.
 Urbem Romam obsidentibus, Anno Domini. d. xxxvii. iterum, post Consula-
 tum Flauij Belisarij. Quum ordinationem vnam mense Decembri fecisset,
 qua Episcopos per diuersa loca xii. x. presbyteros uero in urbe Roma xiii.
 et Diaconos xv. creauit. Vixit autem in exilio et priuatus, anno vno,
 nam sequenti anno mortuus est exul, die xii. Calend. Junij.
 Vacauit autem post eius abrogationem sancta Ro-
 mana sedes tantum dies vi.

VIGILIUS.



VIGILIUS natione Italus, patria Romanus, ex nobilissimo genere ortus,
 Joannis Consularis filius, ex Archidiacono R. E. iubente Theodora Aug.
 Imp. Valentiniani uxore à Belisario Patricio in locum Siluerij abroga-
 ri, Papa in Schismate factus est, die iii. Nonas Junij. ii. post consu-
 latum Fl. Belisarij v. c. qui Imp. Iustiniano Cas. Aug. et Totila Gotborg
 rege. Sedit in Petri cathedra annos xvii. menses sex, et dies xxvi. Quum
 uero Papa factus esset, Theodora Aug. statim eum requisivit, ut iuxta
 promissionem suam factam ante Pontificatum, Anthemium Patriar-
 cham Constantinopolitanum pulso Miana restitueret, quod quum se
 facturum negasset, nisi prius penitentiae libellum daret, ac resipisceret,
 assereretq. se male promississe, et male promissa nolle exequi, Ab irata
 Augusta Constantinopolim adduci iussus est, ubi multa et grauissima
 incommoda tulit, fixus in sua sententia permanens, asserens se potius
 miles mori uelle, quam hominem haereticum, ac à predecessoribus suis
 damnatum reuocare. Demum animo Augusta placato, super ea questione

LXVI.



Concilium generale v. Constantinopolitanum conuocatum est, in quo clxxv. Episcopi interfuerunt, ubi denuo Anathemius Constantinopolitanus olim Patriarcha damnatus est, et omnes eius fautores excommunicati, ac tamquam haeretici Anathemate notati. Post Concilium autem Vigilius Romanam dimissus cum in Siciliam uenisset, grauissimo calculi dolore uexatus, in ciuitate Syracusa mortuus est, die v. Calendas Ianuarij. Anno Dominicae natiuitatis D LIII. ordinationibus duabus prius mense Decembri factis, quibus Episcopos per diuersa loca numero xxxi. presbyteros uero in urbe Roma xlvi. et Diaconos xvi. ordinauit. Cadaver Syracusis Romam relatum in Ecclesia S. Marcelli sepultum est. Vacauit S. Romana sedes mensibus tribus et diebus v.

Schisma vii. in Ecclesia Romana inter Siluerium et Vigilium Papas.

PELAGIUS.



LXVII.



PELAGIUS natione Italus, patria Romanus, ex patre Ioanne agnomine Vicario, ex Archidiacono S. R. E. sub Imp. Iustiniano Aug. Pontifex Romanus factus est iii. nonas Aprilis. Sedit uero in Petri cathedra ann. x. menses x. et dies xxviii. Huic, quando electus est in Papam nullus religiosorum uel fidelium et bonorum Clericorum communicare uoluit, asserentes eum auctorem fuisse tot persequutionum, quas Papa Vigilius perpessus esset. Quod Papa Pelagius, factis, et sancto Pancratii ad S. Petrum comm. omni multitudine sup sancta quatuor Euangelia iura.

31
55.
iuravit, quod nihil mali contra Vigiliū unquam cogitasset. Post hæc diuer-
sis Vasis et ornamentis argenteis omnes fere Urbis Ecclesias decoravit.
Incepit quoque a fundamentis Basilicam SS. Apostolorum Philippi et
Jacobi, ante cuius perfectionem, quum ordinationes duas mense Decem-
bri fecisset, quibus Episcopos per diuersa loca xxix. in urbe uero Roma
presbyteros xxxvi. et Diaconos ix. creauit, mortuus est, die vi. nonas
Martij. Anno Dominice Natiuitatis DLXVI. Cadauer in
Basilica S. Petri sepultum est. Vacauit
sedes menses tres et dies

xxvi.

IOANNES III.



IOANNES III. natione Italus, patria Romanus ex patre Anastasio, Imp.
Fl. Iuliano iunioris Aug. Sedit in Petri cathedra annos x. dies xv. Crea-
tus die iii. Calend. Julij. Hic Papa multa sanctæ Fori cimiteria restau-
rauit, oleumque pro luminarijs de Lateranen. Patriarchis singulis tra-
didit. Habitauit hic Pont. multo tempore in cimiterijs SS. Tyburrij, et
Valeriani. Domum quum ordinationes duas mense Decembri fecisset,
quibus Episcopos per diuersa loca sexaginta unum, presbyteros uero in
Ecclesia Rom. numero xxxix. et Diaconos xiii. creasset, in senectute
bona mortuus est iii. Idus Julij. Anno Dominice natiuitatis DLXXXVI.
Cadauer in Basilica S. Apostoli Petri sepultum est.

Et uacauit S. Romana sedes men-
sem decem, dies hex.

LXVIII.



BENEDICTVS.



LXVIII.



BENEDICTVS I. natione Italus patria Romanus, ex patre Bonifacio
 Imp. Cass. Tiberio Constantino, et Fl. Maurilio Augg. Sedit in Petri
 cathedra annos iii. menses duos, et dies xv. Creatus xvi. Calend. Junij,
 sub hoc Pontifice gens Longobardorum omni Italia inuasa, Urbem Ro-
 mam obsedit. Fames quoque seuerissima in tota Italia fuit, et praesertim
 Romae, ubi fame periclitatum fuisset, nisi ex Aegypto Romam nauibus
 frumentum uehi fecisset. Quo tempore sanctis. hic Papa ordinatione una
 mense Decembri facta, in qua p̄ diuersa loca Episcopos numero xxxi. in
 urbe Roma presb. xv. et Diaconos iii. creauit. Romae mortuus est, prid.
 Calend. Augusti. Anno Dominicae Natiuitatis Dccc. Cadauer
 in Basilica Sancti Petri Apostolorum prin-
 cipis in Secretario sepultum est.

Et uacauit sedes mens.

quatuor.

PELAGIVS II.



Pelag

PELAGIUS II. natione Italus, patria Romanus, ex patre Viniqildo Imp. Cass. Tiberio Constantino, et Flavio Maurilio Aug. Sedit in Petri ca. sedra annos 12. menses 11. dies 22. Creatus pridie Calend. Decembris. Hic absq. Principis iussione ordinatus fuit, quod Longobardi Urbem Romam obsiderent. Quo tempore tanta fuit Tyberis inundatio, ut post homines natos nulla maior recordaretur, ex qua saeuissima pestis sequuta est. Hic Pontifex domum suam fecit pauperum Xenodochium. Corpq. quoque beati Petri tabulis argenteis deauratis ornauit. Camiterium beati Hermetis martyris construxit. Corpus quoque S. Laurentij martyris additis tabulis argenteis exornauit. Moruus est autem ex peste, qua saeuissime in urbem grassabatur, die vi. Idus Februarij. Anno Domini DCC. Cadaver in Basilica S. Apostoli Petri sepultum est. quum ordinationes duas mense Decembri fecisset, quibus Episcopos XLVIII. per diuersa loca, presbyteros XXXVIII. et Diaconos VIII. creauit. Vacauit eo mortuo Romana sedes menses sex, et dies

XXV.

GREGORIUS.



GREGORIUS natione Romanus, ex patre Gordiano Senatore, matre Sil. uia, nobilissimo, et antiquissimo Aniciorum genere ortus, Felicii PP. III. Rom. Ponti. pronepos, uix ab incunte aetate, sanctitate, doctrina, eloquentia, et morum grauitate insignis, qui omnibus mundi pompis relichs Monachorum monasterium ingressus est sub S. Patris Benedicti regula, omniq.

LXXI.



bona sua stabilia, fundos, Casalia, vineas, oliueta monas Terijs Monachoru
 donauit, et demum domum propriam in urbe Roma Monachorum mensas-
 terium fecit, Quum autem eius saccharis, et doctrinae rumor ubiq; percre-
 besceret, Papa Pelagius cum ex Monacho Diaconum in Ecclesia Romana, Car-
 dinalem ins tituit, atq; Constantinopolim legatum ad Imp. misit pro Ecclē-
 sia Rom. negocijs, quod munus adeo prudenter, integre et sancte adminis-
 trauit, ut mortuo Papa Pelagio II. omnium Clericorum et Laicorum us-
 tis expetitus, Rom. Pont. creatus sit III. Nonas Septembris, peste adhuc
 in urbe Roma sauiente. Quamobrem principis sui Pontif. Iulianus septi-
 formes instituit, ad placandam diuinam maiestatem. Sedit autem in Pe-
 tri cathedra. Imp. Cass. Mauritio, et Phoca Augg. annos XIII. menses
 VI. et dies X. Multa in sacra scriptura continuè dum uixit, scripsit.
 Homelias sup Ezechielem, supra Job, Paschorales, Dialogos, Epistolas
 Decretales, et multa alia. Quapropter inter sanctos quatuor precipuos
 Ecclesia Doctores referri meruit. Anglos missis predicatoribus ad Chris-
 ti fidem conuertit. Romanum Breuiarium, quo nunc Ecclesia Rom.
 utitur, edidit, Ecclesias Urbis Roma multis domis locupletauit, et exor-
 nauit, multa quoq; alia constituit, quae longum esset enumerare. Or-
 dinationes autem duas fecit, quibus Episcopos p diuersa loca XLII. in urbe
 Roma presb. XXXIX. et Diaconos VIII. creauit. Mortuus est autem Bea-
 tissimus Papa Gregorius die V. Idus Martij. Anno Domini DCIV.
 Cadauer in Basilica S. Petri ante secretarium sepultus
 est. Vacauit sedes menses V. et dies XIX.

SABINIANVS.



Sabini

SABINIANVS natione Thuscus, patria Bledon, ex patre Bahio, Imp. Phoca Augusto. Sedit post S. Gregorium in Petri cathedra annum vnum, mens. v. dies lxx. Creatus die Calendarum Septembris. Sub hoc Pontifice inges fuit in urbe omnium rerum Charitas. Hic Gregorij predecessoris sui actis maxime aduersatus est, ipsum maximis prosequens calumnijs, adeo ut aliquando non ueritus sit referre de eius operibus cremandis, tanquam haud sanam doctrinam sententijs, quae tamen a Petro uiro doctiss. et S. R. E. Diacono defensa sunt. Hic Papa campanarum usum inuenit, iussitq; ad horas Canonicas, et Missarum sacrificia pulsarentur in Ecclesia. Luminaria quoq; addidit in Ecclesia S. Petri. Quumque ab calumnijs S. Gregoris inferendis non cessaret, ab eo bis, ferue admonitus est p uisionem, quod nibili faciens, ab eo in capite percussus mortuus est v. Idus Febr. Anno Domini Natiuitatis DCVI. post Consulatum Imp. Cæs. Phoca Aug. Anno u. ordinatione una Episcoporum per diuersa loca xxvi. prius facta. Cadaver eius in Basilica S. Petri sepultum est. Et uacauit S. Romana sedes menses xi. et dies

59.

LXXII.



*capitulum usum
inuenit, iussitq;
ad horas canonicas
et missam sacrificia
pulsarentur Campana
luminaria Gregij et
Phil.*

xxvi.

BONIFACIUS III.



BONIFACIUS III. natione Italus, patria Romanus, ex patre Ioanne. Imp. Cæs. Phoca Augusto. Sedit in Petri cathedra annum vnum, menses duos, et dies xxviii. Creatus nonis Nouembris. Hic Pontifex ab Imp. Cæs. Phoca Aug. obtinuit, ut Ecclesia Romana Beati Petri Apostolorum principis sedes,

LXXIII.



60.
 qua iure caput est omnium Ecclesiarum, ita et diceretur, et haberetur ab om-
 nibus, quum eum locum sibi Ecclesia Constantinopolitana per uim uendi-
 care conata esset, imperio temporali suffulta, sub Mauritio Imp. Aug. Hic
 Pontifex in Concilio Romae in Basilica S. Petri congregato Episcoporum
 lxxii. Presbyterorum Cardinalium, et Archypresbyterorum xxxiii. ac
 reliquorum Clericorum insituit, ut nullus Pontifice uiuente, aut Epis-
 copo Ciuitatis suae, auderet de futuro Pontif. eligendo loqui, uel ambitio-
 se querere, nisi tertio die mortis eius, post quem conuocato Clero et po-
 pulo, electio inuocatione sancti Spiritus fieret. Hic Pont. ordinatione
 una facta Episcopos q̄ diuersa loca numero xxxi. ordinauit. Mortuus
 est autem die vi. Nonas Maij. anno Domini Dcviij. Caela-
 uer in Basilica S. Petri Apd. Toli sepultum est.
 Et cecidit Romanus Episcopatus men-
 sem unum, et dies sex.

BONIFACIUS IIII.



LXXIII



BONIFACIUS natione Marsus, patria Valerien. Joannis Medicis filius, 7
 Imp. Cass. Phoca, et Heraclio Augg. Sedit in Petri cathedra annos vi. me-
 ses viii. et dies xiii. Creatus v. Id. Junij. Huius temporibus fames, pesti-
 lentia, et inundationes aquarum grauissime fuerunt. Hic Pont. a Phoca
 Aug. petijt domum Ecclesiae Christi Romanae Templum (quod ab antiquis
 Pantheon uocabatur) in quo fecit Ecclesiam Dei, beatae Mariae, omnium
 que Sanctorum, multasque reliquias in eo collocauit. Et in ea Ecclesia
 Phocas Imp. multa dona obtulit, beatusque Papa domum suam in mo-
 naster.

nas ferium conuertit, illudque multis redditibus dotauit. Ordinationes uero
 duas in urbe Roma mense Decembri fecit, in quibus Episcopos p̄ diuersa
 loca numero xxxvi. Mortuus est Roma ix. Cal. Martij. Dcxi. Cada:
 uer in Basilica Principis Apōtolorum sepultum est. Et
 uacauit sancta Romana sedes menses septem.
 et dies uiginti quin:
 que.

DEVS DEDIT.



DEVS DEDIT natione Italus, patria Romanus, ex patre Petro, S. R. E.
 subdiacono, eiusdem Ecclesie presby. Card. SS. Ioannis et Pauli H.
 Pamachij. Imp. Cæs. Fl. Heraclis Aug. Sedit in Petri cathedra annos
 iii. et dies xxiii. Creatus xvi. Calend. Nouemb. Hic Clerum impense
 dilexit, et presbyteros ad publica loca reuocauit. Secundam quoque
 missam in Clero instituit, p̄ agendam singulis diebus. Cuius tempore in:
 gens fuit Terra motus, et post terra motum, scabies in corporibus hu:
 manis saeuissima. Hic uirum omni Clero nummos diuidentos mori:
 ens reliquit. Ordinationibus tribus mense Decembri in urbe Roma
 factis, quibus Episcopos numero xxix. p̄ diuersa loca, in ecclesia Ro:
 mana presb. xiiii. ordinauit. mortuus est Roma die v. Idus Noue:
 bris, Anno Dominicae Natiuitatis Dcxiij. Cadauer
 in Basilica Apōtolorum Principis digno
 cum honore sepultum est. Vaca:
 uit sedes mense i. et
 dies xvi.

LXXV.



BONIFACIUS V.



LXXVI.



BONIFACIUS V. natione Campanus, patria Neapolitanus, ex patre Joanne Imp. Cas. Fl. Heraclio Aug. Sedit in Petri cathedra annos sex, menses nouem, et dies decem et nouem. Creatus VIII. Calendas Ianuarij. Hic Papa fuit mitissimus, humilis, et misericors. Constituit, ut ad Ecclesiam fugientes, tanquam in Asylis securi essent, utque presbyteris tantum, et Diaconis liceat reliquias sanctorum tangere, et ne Acolyti quiderent Laterani baptizare. Cimiterium quoque S. Nicomedis perfecit, et dedicauit. Pecunias uiridem Clero distribuit. Ordinationes uero duas mense Decembri fecit, quibus Episcopos p̄ diuersa loca numero xxxix, in Vrbe uero Roma presbyteros xxvi. et Diaconos iiii. creauit. Mortuus est autem Roma iiii. Idus Octobris. Anno Domini DCXXXII. Cadauer in Basilica Principis Apostolorum sepultum est. Et uacauit S.

Romana sedes tantum dies tre.
decim.

HONORIUS.



Hono

HONORIUS natione Campanus, ex patre Petronio Viro Consulari, Imp. Cas. Heraclio Aug. Sedit in Petri cathedra annos xii. menses xi. et dies xvii. Creatus Romae vii. Calend. Nouemb. Hic sedem beati Petri Apostoli renouauit, et tegulis aereis de Templo Capitolino transportatis cooperuit, altareque S. Petri argento incrusauit, multis alijs additis ornamentis. Multas Ecclesias, oratoria, et caemiteria in Vrbe Roma a solo consruxit, et nonnullas pra uetus tate collabentes restaurauit. In omnibus Ecclesijs multa dona obtulit, tam aurea quam argentea, easque pieturis uarijs decorauit, inter quas Ecclesiam S. Agnetis a solo res tituit pra uetus tate collabentem. Hic Letaniarum, hoc est, Rogationum qua Sabbatis omnibus fiebant, usum inuenit. Basilicam S. Cyriaci uia Ostien. et ss. quatuor Coronatorum refecit. Ordinationes quoque tres mense Decembri fecit in urbe Roma, quibus Episcopos per diuersa loca numero lxxxxi. presbyteros uero in Ecclesia Rom. xiii. et Diaconos xi. instituit. Mortuus est Roma iiii. Idus Octobr.

Anno Domini natiuitatis DCxxv. Cadauer in Basilica S. Petri sepultum est. Et uacauit eo mortuo S. Romana sedes menses nouem, et dies decem, et septem.

SEVERINVS.



SEVERINVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Labieno, Imp. Cas. Fl. Heraclio Aug. Sedit in Petri cathedra annos duos, et dies iiii. Creatus die iiii. Calend. Aug. Anno xxv. post Cons. Imp. Heraclij Aug.

63. LXXVII.



LXXVIII.



64.

Hic Pont. multa incommoda perpessus est, ab Isaacio Patricio, et Hexarcho Italia. A quo Patriarchium, et Sacrarium Lateranen. omnibus ornamentis, aureis et argenteis, quae à Christianis. Principibus Ecclesiae Romanae donata fuerant, spoliata sunt, et uniuersa conflata. Post haec Seuerinus Papa Ecclesiam Beati Petri musaeo ornauit, uirumque Clericis pecunias diuisit, quos sup omnes Pontifices amauit. Ordinationes uero nonnullas fecit, quibus p diuera loca Episcopos ix. constituit. Mortuus est F. Romae iiii. Nonas Aug. Anno Domini DCXXXVIII. Cadauer in Basilica S. Petri sepultum est. Et uacauit sedes Rom. menses iiii. et dies XXI.

JOANNES. IV.



LXXVIII.



JOANNES iiii. natione Dalmata, patria Iaderen. ex patre Venantio Scholastico, Imp. Caes. Fl. Heraclio Aug. Sedit in Petri cathedra annum 1. menses ix. et dies xix. Creatus Romae in uigilia Natalis Domini, ix. Calendas Ianuarij. Hic misit multam pecuniam per omnem Dalmatiam, et alias regiones, per S. Martinum fidelissimum Abbatem pro redemptione captiuorum. Ecclesiam quoq; prope fontem Lateranen. beatis martyribus Venantio, Anas Tasio, Mauro, et alijs eorum socijs a fundamentis extruxit, Ordinationes autem duas mense Decembri fecit, per diuera loca xviii. in Vrbe uero Roma xix. et Diaconos v. ordinauit. Mortuus est iiii. Idus Octobris Anno Domini DCCII. Cadauer in Basilica S. Petri conditum est. Et uacauit eò mortuo S. Rom. sedes mensem unum et dies xxiiii.

Theo.

65.

THEODORVS.



THEODORVS natione Græcus, patria Hierosolymitanus, Theodori Episcopi filius. Impy. Cass. Fl. Heraclio seniore, Fl. Heraclio Iuniore. Constantino Augg. Sedit in Petri cathedra annos VI, menses V, dies XVIII. Creatus V. Cal. Decembris. Sub hoc Pontifice Pyrrhus Constantinopolitanus Patriarcha in urbem uenit ad Limina Apostolorum, et libellum fidei sue Pont. Theodoro obtulit, a quo susceptus est honorifice, et tanquam Regis urbis Episcopus honoratus. Hic Papa Patriarcham Constantinopolitanum in heresim lapsum, anathemate prius petatum, nec resipiscentem Episcopatu priuauit. Ordinationem autem unam mense Decembri in urbe Roma fecit in qua Episcopos p̄ diuersa loca numero XLVI. presb. XXI. et Diaconos IIII. Mortuus est Romæ pridie Idus Maij. Anno Domini natiuitatis DCXLVII. Sepultum corpus in Basilica S. Petri. Et uacauit sedes mens. IIII. et dies III.

LXXX.



S. MARTINVS.





MARTINVS natione Thuscus, patria Tudertinus ex patre Fabricio, Imp. Cas. Fl. Heraclio Constante Aug. Sedit in Petri cathedra annos VI. mensem vnum, et dies xxvi. Creatus Roma xiiii. Calend. Octobris. Hic Paulum, qui post Pyrrhum Patriarcha Constantinopolitanum factus fuerat, ob haeresim anathematizauit, ac fidelium communi- one priuatum, ab Episcopatu deposuit. Tunc Imp. Constant. qui Pauli Patriarchae haeresibus inquinatus erat, hoc audiens nimis indignatus est. Statimq; in Italiam misit Theodorum cognomento Calliopam Italiae He- xarchatu fungentem. Mandans ei, ut nisi Martinus Papa haeresibus Pauli acquiesceret, atq; cum a Vinculis excommunicationis absolueret, ipsum Roma pultum in exilium mitteret in Ponti Urbem Cersonam. Hexarchus uero cum his mandatis Romam ueniens beatis. Papam Martinum Cons- tantinimum in depositione catholica ueritatis inuenit. Quam ob rem ipsum ex Basilica Constantiniana ui abstractum, uinctum Constanti- nopolim misit, ubi ab Imp. in exilium actus est in Ponti. Vrbe Cersona, in qua paulo post Dei athleta pro confessione uera fidei martyre obdo- miuit in Domino, pridie Idus. Nouembris. Anno Dominiq; Natiuita- tis DCIII. Cadauer in eadem Vrbe sepultum est. Et uacauit eo mortuo S. R. sedes menses viii. et dies

xxviii.

EUGENIUS.



EUGENIUS natione Italus, patria Romanus, ex regione terthidecima Aue- tina patre Rufiniano, Imp. Cas. Fl. Constante Aug. Sedit in Petri cathedra

67.
 cathedra anno duos menses ix, et dies xxiiii. Creatus die iii. Idus Au-
 gusti. Fuit hic Pont. pius, mitis, benignus, humilis, et omnibus uirtutib.
 ornatus, uirum Clero grandem pecuniam distribuit, et pauperibus mul-
 tas elemosinas fecit. Ordinationes uero duas fecit in urbe Roma qui-
 bus Episcopos p diuersa loca numero xxxi. creauit. Mortuus est
 Roma die iiii. Nonas Junij. Anno Dominica Natiuitatis DCLVII. Ca-
 dauer eius in Basilica Principis Apostolorum sepul-
 tum est. Et uacauit S. Romana se-
 des mensem unum, et
 dies xxviii.

VITALIANVS.



VITALIANVS natione Italus, ex Volscis, patria Signinus ex patre Anastasio. Imp. Cass. Fl. Heraclio Constante, et Constantino eius filio Augg. Sedit in Petri cathedra annos xiiii. menses v. et dies xxviii. Creatus pridie Calend. Aug. Hic ubi Pontifex ordinatus est, statim misit legatos suos Constantinopolim ad Imp. significans eis ordinationem suam, qui reuocantes privilegia Ecclesie Romane in urbem cum donis reuersi sunt, missis ab Imp. ad S. Petrum. Sub hoc Pontifice Constant Imp. in urbem uenit, eamque xii. dierum interuallo omnibus ornamentis suis spoliavit, tam cereis quam lapideis. Pantheo quoque tegulas cereas surripuit, et omnia Constantinopolim deuexit, adeo ut magis pessimus hic Tirannus damni xii. diebus Vrbi intulerit, quam tot annorum spatio infinita Barbarorum millia. Sed dignus penas fuit, nam Cons.

LXXXIII.



Constantinopolim reuertens, dum est in Sicilia Syracusis à suis dolo in bal-
 neo necatus est. Hic Pontifex in Angliam misit ad erudiendos in Chris-
 ti fide illos populos Theodorum Episcopum, et Hadrianum Abbatem,
 ex quibus Theodorus penitentiā composuit, quod appellatur Theo-
 dori. Hic uero Papa quum ordinationes iiii. in urbe Roma fecisset,
 quibus ꝑ diuersa loca Episcopos numero xxvi. in Ecclesia uero Ro-
 mana presbyteros xii. et Diaconos xxi. creauit, Roma mortuus est
 die vi. Calend. Februarij, anno Dominica Natiuitatis DCCLXXII. Ca-
 dauis eius in Basilica S. Petri Apostolorum Principis
 sepultum est. Et uacauit Sancta Rom.
 sedes menses duos, et
 dies xxv.

ADEODATVS.



LXXXIII.



ADEODATVS natione Italus, patria Romanus, professione Monachus,
 ordinis S. Benedicti, ex patre Iouiano, Imp. Cæs. Fl. Heraclio Consta-
 ntino Aug. Sedit in Petri cathedra annos iiii. menses ii. et dies v. Creatus
 xii. Calend. Maij. Hic Pont. uirum Clero pecunias distribuit, et pauperi-
 bus largissimas elemosinas dedit, Ecclesiam S. Petri uia Portuensis resta-
 urauit, pene collabentem, atq; dedicauit monasterium S. Erasmi in mo-
 te Cælio, multis additis edificijs augmentauit, ibidem Abbate, et Mona-
 chorum congregatione locatis, sub quo ingentia fulgura, et Terræmotus
 fuerunt, et maxime aquarum illuisiones quales post homines natos
 non recordabantur. Ordinationem autem vnā mense Decemb. fecit,
 qua.

69.
qua Episcopos per diuersa loca numero xxvi. in Vrbe uero Roma presbyteros
xiii. et Diaconos duos creauit. Mortuus est Roma die vi. Calend. Julij.

Anno Domini. Dcxxxvi. Cadauer in Basilica Principis Aposto.

lorum sepultum est. Et uacauit S. Romana sedes

eo mortuo menses iii. et dies

sex.

DONVS.



DONVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Alauitio, Imp. Cæs. Flauio
Constantino Aug. Sedit in Petri cathedra annos duos, menses v. et dies x.
creatus die iiii. nonas Nouembris. Hic Papa Atrium Basilica S. Aposto.
li Petri in quadriparte situm, ante fores Basilica candidis et magnis mar.
moribus strauit. Et Ecclesiam S. Pauli uia Ostien. et S. Ephemia uia Ap.
pia restaurauit. Clerum diuersis ordinibus et honoribus ampliauit. Sub
hoc Ecclesia Rauennas, (qua se ab Ecclesia Rom. segregauerat,) ad
obedientiam sedis Apostolica redijt. Reparato eius Ecclesia Episcopo
existente, sub eo maxima quoque pestis fuit. Ordinationem uero una
fecit in urbe Roma, qua Episcopos p diuersa loca numero sex, presbyte.
ros uero x. et Diaconos v. in Ecclesia Romana instituit. Mortuus est
Roma die iii. Id. Aprilis. Anno Domini nativitate Dcxxxix.

Cadaver eius in Basilica Sancti Petri sepultum est,

et uacauit Sancta Romana sedes eo mor.

tuo menses duos, et dies xxv.

peste in urbe grassante.

LXXXIII.



AGATHO



LXXXV.



AGATHO natione Siculus, patria . . . professione Monachus, ordinis S. Benedicti, ex patre Panonis. Imp. Cas. Constantino Aug. Sedit annos vi. et dies iiii. creatus nonis Julij. Huic obedientiam nouit Theodorus Archiep. Rauennas (qui Reparato successerat) atq; ab eo consecrationem suscepit. Hic suscepit Imp. Constantini Aug. Epistolam Dono Papa praedecessori suo directam, exhortantem eum, ut legatos suos Constantinopolim mitteret, ad Concilium pro ecclesiarum unione fienda, indictum in Regia vrbe Constantinopoli, sup materia haeresum, qua tante schismatis inter Ecclesiam Romanam et Constantinopolitanam causa fuerant, quod statim fecit. Eo enim Abundantium Portuen, Ioanne Paternen, et Ioanne Reginum Episcopos, Theodorum et Georgium S. R. E. presbyteros et Ioannem Diaconum Cardinales, et nonnullas alios minorum ordinum transmisit. qui Constant. uenientes nomine sedis Apostolicae, sanctae et uniuersali Sexto Synodo Constantinopolitanae tertiae ccc. fere Episcoporum praesederunt, in qua Paulus Alacarius, Theodorus, Pyrrhus, Sergius, Cyrius Episcopi haeretici, et omnes duas naturas in Christo negantes, damnati sunt. Et tunc Ecclesiarum maxima unio et concordia facta fuit. Schismatibus et haeresibus sublatis. Hic Pont. quoque procurauit Priuilegium, per quod sublata est, illa pessima consuetudo, ut pecunia in ordinatione Episcopi Romani Imp. Constantinopolitani pro confirmatione solueretur. Hoc tantum relictum est, ut electus non consecraretur, quam Imp. assensum haberet, quod gratis dare teneatur. Hic Papa nouum officium Aerarij S. R. E. instituit. Ordinatione

uero

71.
 uero unam mense Decembri fecit, qua Episcopos sex diuersa loca nume-
 ro xviii. presbyteros uero x. et Diaconos iii. creauit in urbe Roma. Mor-
 tuus est autem die iii. Id. Ianuarij Anno Dominica natiui-
 tatis DCLXXXII. Cadauer in Basilica S. Petri se-
 pulchrum est. et uacauit S. Rom. sedes
 menses septem et diem i.

LEO II.



LEO II. natione Siculus, ex patre Paulo S. R. E. presbyter Cardinalis, Imp-
 Cas. Constantino Aug. Sedit in Petri cathedra menses x. et dies xviii.
 creatus pridie Idus Aug. Vir sanctissimus fuit et eruditiss. Hic sancta
 Synodum vniuersalem Constantinopoli celebratam, suscepit atq; appro-
 bauit Apostolica auctoritate. Instituit quoq; ut Archiepiscopi pallium
 a sede Ro. obtinerent, et pro eius obtentu nihil solueretur, sed gra-
 tis concederetur. Fecit Basilicam unam in Vrbe Roma, iuxta S. Viti-
 anam, ubi corpora Sanctorum martyrum Simplicij, Faustini, et Beatri-
 cis recondidit, et nomini beati Pauli Apostoli dedicauit. Ordinationem
 autem unam fecit, die xxvi. Junij, qua Episcopos sex diuersa loca, nume-
 ro xxiii. presbyteros uero xiii. et Diaconos iii. creauit. Mortuus est
 die iii. Calend. Julij. Anno Dominica natiuitatis DCLXXXIII.
 Cadauer eius in Basilica principis Aposto-
 lorum S. Petri sepultum est, et
 uacauit sedes menses
 xi. et dies xxii.

LXXXVI.



BENEDICTVS. II.



LXXXVII.



BENEDICTVS Iunior natione Italus, patria Romanus, ex patre Ioanne S. R. E. presbyter Card. Imp. Cas. Fl. Constantinus Aug. Sedit in Petri cathedra menses x. et dies duos. creatus xiii. Calendas Junij. Huius Pontific. uere sanctiss. fama per motus Imp. Constantinus Aug. privilegium Ecclesie Rom. dedit, ut electus in Romanum Pont. statim Pont. ordinaretur, non expectata amplius imperiali confirmatione (vt mos erat) in consecratione Rom. Pontificis. Restaurauit hic beatus Papa Ecclesia S. Petri Apostoli et S. Laurentij. Sub hoc Pont. mons Veseuus in Campa. niā haud procul a Neapoli Flammis eructauit. Ordinationem uero fecit hic sanctiss. Pont. unam mense Decembri, qua in urbe Roma Episcopos xxxii. per diuersa loca creauit. Mortuus uero est die Iduum Maij. Anno Dominice Natiuitatis MCCCXV. Cadauer eius in Basilica S. Petri Apostoli sepultum. Et uacauit sedes Rom. menses ii. et dies xxx.

IOANNES V.



Joan. v.

73 LXXXVIII.
 IOANNES V. natione Syrus, patria Antiochenus ex patre Cyriaco, Imp.
 Cas. Iustiniano Juniore Aug. Sedit in Petri cathedra annum vnu, et di-
 es ix. creatus viii. Calend. Aug. quum esset S. R. E. presbyter Cardin.
 consecratus uero iii. Cal. Augus. Hic primus post multa tempora in ex-
 pectata Imp. Constantinopolitani auctoritate in Pont. Rom. consecratus
 est. Interfuit S. sexte Synodo legatus Apostolica sedis sub Sanctiss.
 Papa Agathone Pontifex uero creatus, iura Ecclesie Rom. in Episcopi
 consecratione, qua Archiepiscopi sibi passim usurpauerant, restituit.
 Et quum ordinationem vniam in urbe Roma p mensem Decembre
 fecisset, in qua Episcop. p diuersa loca numero xiiii. creauit, longa
 et graui infirmitate correptus mortuus est Romae iiii. nonas Augus.
 Anno Dominica natiuitatis DCCXXVI. Magno donatus uirum diui-
 dendo Ecclesie Rom. Clero relicto. Cadauer in Basilica Sancti
 Petri Apostoli sepultum est. Et uacauit S. Roman.
 sedes menses duos, et dies xvi.



CONON.



LXXXIX.
 MORTVO Ioanne v. Statim in Clero et Populo Schisma exortum est. Alij
 enim in Rom. Pontificem Petrum Archiepresbyterum S. R. E. elegerunt.
 alij uero Theodorum Card. presbyterum Papam deposcebant. Quumque
 certamen in longum protraheretur, et alter alteri cedere nollet, de con-
 cilio antiquorum presbyterorum actum est, quod uterque electus elec-
 tionem suam abnueret, tertiusq; in amorum locum pacifice subrogare-
 tur, quod et factum est. Nam ex consensu totius Cleri, S. P. R.



Papa factus est Conon natione Thrax, patria Tomitanus, ex patre. . . S. R. Ecclēsia presby. Card. qui Imp. Cæs. Iustiniano Aug. sedit in Petri cathe. dra menses xi. et dies iii. creatus xiiii. Calend. Nouembr. Hic Pontif. multa priuilegia ab eodem Imp. habuit. Rectores in patrimonio S. Petri constituit, et multa alia bona fecit. Demum sacris ordinibus semel mense Decembri habitis, quibus Episcopos q̄ diuersa loca numero xvi. creauit, in bona senectute quieuit in Domino, die xi. Calend. Octob.

Anno Domini Natiuitatis, Dcxxxvii. Cadaver in Ba. silica S. Petri sepultum est et uacauit

S. Romana sedes menses
duos et dies

xxv.

SERGIUS.



xc.



Vix mortem obierat beatus Papa Conon, quum statim in noua Pont. elec. tione maximus tumultus et seditis ingens excitata est inter Clerum et populum. Alij enim Paschalem Archypresbiterum, alij uero Theodor. S. R. E. presbyterum Cardinalem in Pontificem eligi procurabant, quinque res ad caedes spectaret, statim id concilium acceptum est (quod in ordinatione quoq̄ beati Papa Cononis usurpatum fuerat) sta. tutumq̄ est a maiori et saniori presbyterorum Cardinalium parte ut utrisque locum subrogaretur, quod et factum est. Nam ex consensu Cleri, senatus, exercitus, populiq̄ Romani, pronuntiatus est in sum. mum Pont. atq̄ vniuersalis Ecclesie pastorem uix sanctiss. et uenerabiliss.

Sergi.

75. LXXXXI.



SERGIUS natione Syrus, patria Antiochenus, ex patre Tiberio mercatore,
 Lanorini in Sicilia ortus S. R. E. presby. Card. à Canone Papa creatus.
 qui Imp. Cass. Ius Timiano iuniore, Leonio, et Tiberio Habsimaro Augg.
 In sacratissima sede beati Petri Apostoli seduit annos xiii. menses
 viii. et dies xxiii. creatus xvi. Calend. Ianuarij. Hic quum cogere
 ab Imp. Ius Timiano ad subscribendum cuidam libello haeresim sentienti,
 et recusaret constantissime, iussus est Constantinopolim duci, ut in
 exilium mitteretur. Tunc uniuersa militia Rom. in fauorem Pont. sur.
 rexerit, et Zachariam Protospatarium, (qui id facere moliebatur) inter-
 ficere uoluit, quod (nisi pijsimus Pont. prohibuisset) factum esset.
 Hic partem Dominicae Crucis in locello argenteo in sacraui S. Petri ab-
 sconsum inuenit, quam è Tenebris eductam in Patriarchis Lateranen.
 reposuit. Multa dona argentea et Aurea in omnibus ecclesijs fecit, et
 presertim in Basilica S. Petri. Ordinationes autem duas per mensem
 Martium fecit, quibus Episcopos p̄ diuersa loca numero Lxxxxvii. pres-
 byteros uero in Ecclesia Romana xix. et Diaconos iii. ordinauit.
 Mortuus est autem Romae vi. Idus Septembris, indictione quattadeci-

ma Anno Dominicae natiuitatis Dccc. post Consulatum
 Imp. Cas. Fl. Tiberij Habsimari Aug. Cada-
 uer in Basilica Principis Aposto-
 rum sepultum est. Va-
 cauit sedes me-
 sem vnum et dies xxiii.

IOANNES VI.





JOANNES VI. natione Græcus, Imp. Cæs. Fl. Tiberio Habsimaro Aug. Sedit
in Petri cathedra annos freis, menses duos, dies xiii. Creatus Calendas
Nouembris. post Cons. Imp. Cæs. Tiberij Habsimari. Hic populum con-
tra Urbem Romam sub eo bellum agere ceperunt, et multos captiuos
abduxerunt quos omneis data pecunia in libertatem uendicauit. Or-
dinationem autem vnam mense Decembri in urbe Roma fecit, in qua
Episcopos p̄ diuersa loca numero xv. presbyteros uero in Romana eccle-
sia nouem et Diaconos duos instituit. Mortuus est Roma anno Domi-
nica natiuitatis Dccv. die iduum Januarij. Cadauer in Ba-
silica S. Petri sepultum est. Vacauit tunc Ro-
mana sedes mensem vnum,
dies xii.

JOANNES VII



JOANNES VII. natione Græcus ex patre Platone Impy. Cæs. Tib. Habsima-
ro et Iustiniana Juniore Augg. Sedit in Petri cathedra annos duos, mens.
vii. dies xvii. creatus Calend. Martij. Hic oratorium B. Mariæ. Hic ora-
torium prope Ecclesiam S. Petri, cuius parietes opere Musaicis depinxit.
Multa Camiteria SS. martyrum corruentia reparauit. Sub hoc Artigerhus
Longobardorum Rex donationem Alpium Cottiarum beato Petro et
Apostolica sedi fecit, et Donationem schedulam aureis literis exara-
tam Romam misit. Non longe post ordinationibus factis aliquot, qui-
bus aliquot per diuersa loca. Episcopos xix. presbyteros in urbe Roma,
x. et Diaconos ii. creauit, in pace mortuus est die xv. Calend. Noueb.
Indic

Indictione sexta. Anno Domini DCCVII. Cadaver in Basilica Principis
Apostolorum sepultum est. Vacavit sedes Romana dies sex,
mortuo Joanne VII.

77.



SISINIVS.



SISINIVS natione Syrus, patria Antiochenus, ex patre Joanne, Imp.
Cæs. Fl. Justiniano Aug. Sedit in Petri cathedra dies tantum xx.
creatus die x. Calend. Nouemb. et curiæ consecratus. Hic adeo po-
dagra laboravit, ut proprijs manibus cibum capere nequiveret, tamen
animis, et uiribus constantissimus erat, et præcipuam curam gerens
pro urbis Rom. incolumitate. iussitq; calcarias calicis concoqui pro
murozum reparatione. Verum dum multa et ingentia molitur, die
xx. Pontificatus, id est, viii. Id. Nouemb. eiusdem anni mortuus est,
Ordinatione una facta, qua Episcopu vnum in Corsica creauit. Cadaver
in Basilica S. Petri sepultum est. Et uacavit sedes Roman.
mensem vnu, et dies sexdecim.

LXXXIII.



CONSTANTINVS.





CONSTANTINVS natione Syrus, ex patre Joanne, patria Antiochenus, Imp. Cass. Fl. Justiniano, et Philippico Dardanis Augg. Sedit in Petri cathedra annos vii. mens. i. dies xx. creatus et consecratus x. Calend. Januarij. Sub hoc Pont. ingens fames, et post famem maxima ubertas in urbe fuit. Hic Archiepiscopum Rauennatem consecrauit. Euocatus autem Constantinopolim ab Imp. Justiniano pro rebus fidei, eò profectus est, cum aliquot presbyteris et Episcopis ac Diaconis Cardinalibus. Vbi ab Imp. honorifice susceptus est, obuiam ei missus Tiberis filius suo primogenito, ibique in unum quum uentum est, recte fidei normam ab eo accipere uoluit Imp. Confirmatis autem omnibus Roman. Ecclesie priuilegijs, cum bona gratia optimi Principis Romam reme-
auit beatus Pont. Vix Romam reuersus est, quum statim litera uenerunt Constantinopoli, Justinianum cum filio occisum, et Philippicum hereticum Imperijs potiri, qui Epistolam prauis dogmatis ad beatiss. Papam (more maiorum) de sua fide dirigens, a S. Pontificum Concilio reiecta est, quot contra imagines et eorum usum sentiret. Duo quoque Saxonum reges ad limina Apostolorum sub eo uenerunt. Ecclesia Mediolanen. (qua a Rom. diu segregata erat) sub eius Episcopo Benedicto sedi Apostolica reconciliata est. Philippicus quoque Imp. hereticus imperijs exactus, Anastasius Catholicus Imp. factus est. Hic autem Beatus Pont. ordinationibus multis factis, Episcopos p diuersa loca numero lxxiiii. creauit, presbyteros uero in urbe Roma x, et Diaconos ii. Mortuus est die

iiii. Id. Februarij. Anno Dni. Dccxiiii. In

diuisione xiiii. post Consulatu Imp.

Philippici Aug. Cadauer

in Basilica Prin-

cipis Apof.

tolo,

rum sepultum est. Eo mortuo uaca-

uit sedes Romana mensem i.

et dies xvi.

Grego.

GREGORIUS II.



LXXXVI.



GREGORIUS II. natione Italus, patria Romanus, ex patre Marcello, S. R. E. Diaconus Cardinalis, a PP. Constantino creatus, uix pietate, doctrina, religione et morum honestate præclarus, sedit Imp. Cass. Anas. tasis Bardanis, Theodosio Adramitbens, et Leone Isauro Augustor in Sacratissima sede beati Petri Apostoli annos xv. menses x. et dies xxi. creatus et consecratus xi. Cal. Aprilis, Hic Pont. ædificum Basilicæ S. Apostoli Pauli (trabibus ex Calabria adductis) collabentis restituit, et multa ornamenta in ea fecit. Germanos Idololatrias ad Christi cultum p. Bonifacium Episcopum traduxit. Monasterium S. Pauli a fundamentis refecit, et (ut multa paucis uerbis complectar) omnes Ecclesias, oratoria, cœmeteria, Titulos, Diaconias Urbis Rome, uel a fundamentis restituit, uel in parte reparauit. Donationem uero Alpium Cottiarum (quam Arthipertus Longobardorum rex fecerat, Hildericus, quæ successor fregerat) huius Pont. moniti Luitprandus eiusdem gentis Rex denus confirmauit, terrasq. Ecclesiæ Rom. reddidit. Thento Dux Bauarorum ad Apostolorum limina primus ex illa gente uenit. Huius quoq. tempore memoranda Saracenorum strages sub Carolo Martello Francorum Duce fuit, ccc. et Lx. millibus ex eis occisis. Multa quoque cognite digna sub hoc Pont. fuere, quæ breuitatis causa prætermitto. Ordinationes uero v. mense Decembri fecit, quibus Episc. p. diuersa loca numero c. l. presb. in Roman. ecclesia numero xxxv. et Diaconos xiiii. ordinauit. Mortuus est Romæ die iii. Idus Febr. Anno Dccxxxii. Cadauer in Basilica S. Petri sepultum. Vacauit sedes Rom. mens. i. et dies v.



LXXXVII.



GREGORIUS III. natione Syrus, ex patre Joanne, S. R. E. presbyter Cardinalis. Imp. Cæs. Flavis Leone Isaurus Aug. sedit in Petri cathedra annos x. menses viii. et dies x. creatus xiiii. Calend. Aprilis, uir diuinarum literarum eruditiss. et sanctitate uenerabilis. Sub hoc Pontifice quum Imp. Cons. Constantinopolitani contra imaginum usum grassarentur, Gregoriumq; Papam eas tollere negantem interimi curassent, Italia omnis cum urbe, Roma, atq; reliqua Imperij Occidentalis pars (quæ à Barbarorū Turrimide super erat) Sicilia excepta et extrema Lyguvia Calabriaq; fretu Siculum uersus, ab Imp. Cons. Constantinopolitano Leone Iconomacho hæretico sanctarum imaginum persecutore, eiusdem Pont. suasu deseruere. Tumq; Ecclesia Romana Orientalibus desitista auxilijs, ad Francorum regum subsidia primùm respicere cepit. Synodus quoq; congregata in urbe Roma sanctarum imaginum usum approbauit, atq; contra sentientes anathematizauit, haud dubie Imp. Cons. Constantinopolitanos contra facientes petens. Basilicas Urbis Romæ multis ornamentis, tam in auro quam in argento dotauit. Oratoria multa extruxit, monasteria aliquot fecit, atq; in eis congregationes Monachorū locauit. Tectum Basilicarum restituit. Urbe Roma à Longobardis obsessa Francorum auxilia implorauit, magnâ murorum Urbis Romæ partem refecit. Demum bonis operibus plenus, quum ordinationes treis mense Decembri fecisset, quib; Episcopos p̄ diuersa loca numero LXXX. presby. xxiiii. Diac. xiiii. ordinauit, in pace dormiuit in Dño. die iii. Cal. Decemb. Anno Domini DCCXII. Cadauer in Basilica S. Petri sepultum est. Et uacauit S. Romana sedes dies sancti octo.

Zacha

ZACHARIAS



ZACHARIAS natione Græcus, ex patre Polyehinio S. R. E. presbyter (cardinalis. Imp. Cæs. Constantine copronymo (heretico Impijssimo) Yconomacho Aug. Sedit in cathedra S. Petri annos decem. menses iii. dies ix. creatus vii. Id. Decemb. uix pijs. doctrina. sanctitate et eloquentia insignis. Hic pro conseruatione nominis Romani ad Luitprandum Longobardorum regem profectus est, et omnia pro quibus profectus fuerat impetrauit. Qui Luitprandus eo tempore Rauemam et omnem Hexarchatum pulsus Romanorum presidij occupauerat. Romam deinde reuersus animum ad monasferiorum, Basilicarum, Templorum et Camiferiorum reparationem conuertit. Omnia enim loca sacra in urbe Roma aut reparauit, aut muneribus datis ditiores fecit. Clerum ualde dilexit, et donatiuum singulis presbyterijs, et Diaconijs erogauit. Libros quoque Dialogorum beatis. Papa Gregorij de Latino in Græcum conuertit. Demum bonis operibus plenus, quum ordinationes tres per mensem Martium in urbe Roma fecisset, quibus Episcopos per diuersa loca numero LXXXV. Et in Ecclesia Romana presby. xxx. et Diaconos v. creasset, migrauit ad Christum die Idus Martij. ann.

LXXXVIII.



Dominica natiuitatis Dec 21. Eius cadauer in Basilica principis Apostolorum Sancti Petri sepultum est. Et uacauit eo mortuus Sancta Roma sedes dies nouem.

STEPHANVS II.



LXXXIX.



STEPHANVS II. natione Italus, patria Romanus, S. R. E. presbyter Card. Imp. Cons. Fantino Copronymo Aug. sedit in Petri cathedra tantum dies III. creatus VIII. Calend. Aprilis, qui tertio die creationis sue dum negocia familiaria domus sue disponderet, morte repentina sublatus est ante adeptam consecrationem, die V. Calend. Aprilis. Vacauit dies vnum sedes Rom. Hunc scriptores gestorum Rom. Pont. in numero Paparum non recensent. Opinor quia consecratus non fuit, et propter temporis breuitate, quod haud recte factum est, quam, et legitime creatus fuit, et uix ingentis spiritus ac animi semper exis timatus sit, eum in Pontificum Roman. numero ponere nobis placuit, notam tamen nominis non addidimus, propter uitandam in sequentibus Pontif. qui stephani nomen habuere confusionem. Ipsi enim in nominis appellatione et numero huius Stephani variationem non habuere. &c.

STEPHANVS III.



Stephanus

83. c.

STEPHANVS III. natione Italus, patria Romanus, S. R. E. Diaconos
 Card. a Zacharia factus cum fratre suo Paulo. Imp. Constantino Copro-
 nimo, sedit in Petri cathedra annos v. et dies xxix. creatus iiii. Calend.
 Aprilis, consecratus uero eodem anno, iiii. Nonas Aprilis. Hic Pontifex
 auaritia, et simul tyrannide Arstulphi Longobardorum regis coactus,
 Pipinum in Italia pro subsidio Urbis Roma ex Francia euocauit, contra
 impium regem, quem Pipinus Francorum rex uictum aequas pacis
 condiciones accipere coegit. Tunc Hexarchatus Rauennas, et omnes
 provinciae Aemiliae Rom. restitute sunt, quae Longobardi pulsus Imp.
 presidys ui acceperant. Pace igitur foris parata Synodum Roma con-
 gregauit, mores Ecclesiasticos paulatim labantes restitutus, in ea
 quid omnibus conuenerint, praescripsit. Ad diuinam quoque iram pla-
 candam, lataniarum (hoc est) rogationum. ordinem instituit. Demum
 Urbis Basilicas, et caetera loca sacra multis additis ornamentis illus-
 trauit. Ordinationibus uero duabus mense Martio factis, quibus p
 diuorsa loca Episcopos xv. presbyteros uero xii. et Diaconos ii. in ur-
 be Roma ordinauit, plenus bonorum operum in pace dormiuit in
 Christo die vi. Calend. Maij. Indictione x. Anno Domini.



ca natiuitatis DCCLVII. Cadauer in Basilica
 S. Petri Apostoli sepultum est.
 Et uacauit Sancta Ro-
 mana sedes dies
 xxxii.

PAVLVS.





84. **PAVLVS** natione Italus, patria Romanus, Stephani II. superioris fra-
 ter Germanus ex patre Constantino S. R. E. Diaconus Card. à Papa
 Zacharia cum fratre suo creatus, Sedit in Petri cathedra Imp. Cæs.
 Fl. Constantino Copronymo Aug. Annos x. et mensem vnum, creaty
 die III. Calendas Junij, et eo die consecratus est. Hic cum Theophi-
 lacto S. R. E. Archidiacono in schismate creatus est. Verum post ali-
 quot dies cognita Pauli uirtute, et sufficientia, omnium suffragijs expo-
 sito Theophilacto. Paulus in sede Apostolica confirmatus est. Hic fecit
 Ecclesiam Siluestri, et Pauli in uia sacra. Corpus quoq; beate Petronelle
 uirginis et martyris, filie beati Petri Apostoli in camiterio antiquo in-
 uenit, illud argentea capsula in Basilica S. Petri recondidit cum Elo-
 gio. Tanta pietatis fuit, ut cum duobus uel tribus socijs Xenodochia
 circuiret, pauperes infirmos uisitans. Carceres frequenter adibat, atq;
 ere alieno nexos, data pecunia liberos abire faciebat. Demum post
 ordinationem vniam Decembri factam, in qua Episcopos q; diuersa lo-
 ca numero III. presbyteros uero xii. et Diaconos xi. in Ecclesia Rom.
 ordinauit, plenus bonorum operum quieuit in Domino, die III.

Calendas Julij. Anno Domini DCCXVII. indictione III.

Cadaver in Basilica S. Petri sepultum est.

Et uacauit Sancta Romana se-

des eo mortuo, mensem

vnum, et dies viii.

THEOPHILACTVS.



THEOPHILACTVS natione Romanus, ex Archidiacono Romane Eccle-
 sie in schismate quorundam Clericorum, et Laicorum suffragijs cre-
 atus est. Verum post aliquam contensionem, quum omnes Paulus tanq;
 digniori adhasissent, ipseq; ab omnibus desertus esset, se abdi-

cavit. Paulumque ut uerum Christi Vicarium uenera-

tus est in presbyterij gradu permanens.

Schisma VII. in Ecclesia Romana inter Paulum
 et Theophylactum.

Schis

Schisma viii. in Ecclesia Romana inter Constantinum et Philippum.

CONSTANTINVS.

Vix mortem obierat PP. Paulus I. quum statim Toto Dux Nepesinus, Passinus et Paschalis eius frater Constantinum eorum Germanum adhuc laicum existentem, in summum Pontificem contra canones ordinare inuito Clero contendunt. Ac eodem die (quo Paulus mortuus est) is erat Dominicus dies iiii. Calendas Julij in domo Totonis Ducis fratris eius eundem Constantinum Laicum ui in Rom. Pontif. elegerunt, ac ad Palatium Lateranen. deducentes Georgium Oshen Episcopum, inuitum ac reluctantem eum ordinare et consecrare compellunt. Demum Dominica sequenti apud S. Petrum ipsum in Papam coronauerunt. Hic quum Pontificatum Rom. ui et armis anno vno, mense vno, et diebus xi. inuasisset, coactus ab omni Clero uel pop. Rom. auctore Christo- phoro Primicerio Pontificatu se abdicauit. die vii. Idus Augusti. An. DCCXXVIII. in cuius locum eo die Stephanus Venerabilis Roma. Ecclesie presbyter Card. in titulo S. Ceciliæ, omnium Clericorum fidelium suffragijs successit.



PHILIPPVS.

PHILIPPVS natione Romanus, ex S. R. E. presb. Card. monachus et Abba. te S. Viti in Vrbe Roma in schismate contra Constantinum Pseudopontificem a quibusdam Clericis, et Laicis auctore Valdisperfo quodam nobili Romano factus, sedit annum vnum, et dies xiiii. Imp. Constantino Yconomaco Aug. consecrationem, et coronationem accepit, sed in Patriarchio Lateranen. p. annum, donec coactus a Christophoro primicerio (cui omnis Clerus et Populus fauebat) pridie Nonas Junij. Anno DCCXXVIII. Pontificatu se abdicans ad monasterium suum reuersus est. postque Constantinus etiam (vt dixi) falso Pont. abdicato, in vtriusque locum alter factus est, qui fuit Sanctiss. uir Stephanus S. R. E. presby. Card. de quo mox uerba faciam.



STEPHANVS III.



STEPHANVS natione Romanus, ex Sicilia oriundus, monachus congre-
gationis S. Benedicti, quae Cassinen. appellata est, et Venerabilis Abbas
as S. R. E. Presbyter Card. in H. S. Virginis, et martyris Cecilia. à Pau-
lo factus est. Imp. Cas. Constantino Copronimo Aug. Sedit in Petri ca-
thedra annos tres, menses quinq, et dies xxvii. creatus. sublato duorum
Pontif. de Rom. Pontificatu ad inuicem certantium schismate vii. Idus
Augusti. Hic Pont. in sui Pontificatus initio conuicta maxima Synodo
in Basilica S. Apostolorum principis Petri, Constantinum S. Apostolicę
sedis inuasorem damnauit, et omnia eius acta, gesta, et constituta ir-
rita esse uoluit. Deinde legem tulit, ut nullus audeat in summum Pont.
se eligi procurare, nisi qui p̄ distinctos gradus ascendens. Diaconus aut
presbyter Card. factus fuerit. Multas quoque alias saluberrimas Eccle-
siae Dei institutiones fecit, de electione Episcoporum, de his qui conse-
crati fuerant à Constantino falso Papa, de imaginibus, et plerisque alijs.
Ordinationibus uero duabus mense Decembri in urbe Roma factis, quibus
Episcopos p̄ diuersa loca numero xv, in Ecclesia uero Romana presby-
teros v. et Diaconos quatuor creauit. Roma mortuus est. pridie Calend.

Februarij. Anno Dominica natiuitatis DCCXXII. post.

Consulatum Imp. Cas. Fl. Constan. Copronymo

Aug. Anno xxx. Cadauer in Basilica S.

Petri sepultum est. Vacauit eo

mortuo Sancta Ro-

mana sedes di-

HADRIANVS.



CVI.



HADRIANVS natione Italus, patria Romanus ex regione uia lata, nobiliss. familia ortus ex patre Theodoro Cos. Rom. S. R. E. Cardinalis Diaconus, à Papa Stephano factus, Sedit in Petri cathedra Imp. Cass. Fl. Constantino Capronymo. Leone eius filio, Aug. Annos xxxiii. menses x. et dies xlii. creatus vii. Idus Febr. consecratus Dominica sequenti, Hic Pont. euocauit contra Desiderium Longobardorum regem Romanos acerbissime infestantem, Carolum magnum Francorum Regem, et Patrium Rom. qui cum ingenti exercitu Francorum Alpes transgressus, Longobardos acie victos prostrauit ac Desiderium eorum regem Ticinensi obsessum, tandem deditionem facere compulit, atq; in Franciam in exilium cum uxore, et Liberis misit, omni potestate regia exutum, et sic regnum Longobardorum in Italia defecit, atq; sub Francorum ditione ea omnis Italia pars uenit quae Longobardorum erat. Carolus uero magnus ea omnia quae Longobardi sub Regibus Arstulpho, Luitprando, et Desiderio, Rom. et Imp. Constantinopolitani adempta iuris sui fecerant, ut Hexarchatum Rauennatem, Romandiolam, Picenum, Umbriam, et Tuscia partem, beato Papa Hadriano, et Apostolice sedi in perpetuum donauit, sibi omnem Longobardiam, et Tuscia partem reliquit. Venetis suis legibus uti permisit, Partes eas Italiae quae siculum fretum aspiciunt Imp. Constantinopolitano permisit, Urbem Romam liberam esse uoluit. Atq; hic erat Italiae status Longobardorum regno sublato. Hadrianus autem Papa post omnium fere Urbis Basilicas, Templorum, Titulorum, Diaconiarum, Monasteriorum, Oratoriorum, et

Camiteriorum aut restitutione, aut a solo adificationem, bonis operibus plenus, quum ordinationes duas mense Martii fecisset, quibus Episcopos per diuersa loca cxxxv. presby. xxiii. et Diaconos vii. creauit. Roma mortuus est die vii. Calendas Ianuarij. Anno Domini Dccxxv. Cadaver eius in Basilica S. Petri sepultum est. Vacauit S. Romana sedes diem vnum. sub hoc Pontifice congregata est sancta et uniuersalis Synodus Nicana secunda cccc. Episcoporum confra heresim eorum, qui imagines persequabantur.

LEO III.



CVII.



LEO III. natione Italus, patria Romanus, ex patre Arzupio, S. R. E. presb. Card. Imp. Cass. Fl. Constantino, et Hiene matre eius, Nicephoro, et Stauratio eius filio Aug. Sedit in sede beati Petri Apostoli, annos xx, mens. v. et dies x. creatus vii. Calend. Ianuarij, consecratus die sequenti. Hic Carolu Pipini filium Francorum regem ob egregia in Christianum nomen, et Rom. sedem merita Romanorum Imp. Cauto in occidente impetrandi more restitutum primus appellauit, inuictumq; Augustum consecrauit, anno postquam in Italia imperare desitum est, post Augustale Imp. cccxxv. subsequutaq; mox fuit S. P. Q. R. his uerbis acclamatio Carolo magno Imp. Cas. Aug. Piss. Pacifico a Deo creato uita, et uictoria. Huic Pont. Leoni diuino Beneficio sequella, et uisus quibus ab impijs priuatus fuerat, restituta sunt. Ecclesias reparauit, captiuos redemit Diaconias, monas Teria Urbana uarijs, et preciosis donis exornauit. Ordinationes autem tres mense Martii fecit, quibus per diuorsa loca Episcopos Centum

centum et uiginti sex presb. xxx. et Diaconos xi. in ecclesia Romana ordinauit.
 Mortuus est plenus dierum in senectute bona. pridie Idus Junij. Anno Dom.
 Dcccxvi. Ludouico Pio Carolo Magni filio Rom. in occidente Imp.
 Cadauer in Basilica principis Apostolorum sepultum est. Et
 uacauit S. Romana sedes dies tantum x.

STEPHANVS V.



STEPHANVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Julio Mauricio S.
 R. E. presb. Card. a Papa Leone iii. factus Imp. Cass. Ludouico Pio, et Lotbario
 Augg. Sedit menses vii. et dies iiii. creatus et consecratus die xi. calend. Julij.
 Hic Pont. statim pro electionem suam pro pace confirmanda, et unitate Ecclesie
 resarcienda, in Franciam ad Imp. Ludouicum Pium Aug. profectus est. A
 quo quum honorificentissime susceptus esset, omnia pro quibus ierat, impetrauit.
 Cui Imp. Pius multa quoq; dona tam in auro, quam in Argento largitus est.
 Omnium quoq; exulum Rom. qui in Gallias relegati fuerant, propter facinora
 in Papam Leonem iii. comissa, restitutionem obtinuit, quos omnes secum sanos
 et incolumes Romam reduxit. Post cuius aduentum beatus Pont. infirmatus,
 quum ordinationem unam mense Decembri fecisset, in qua per di.
 uersa loca Episcopos v. Presbyteros ix. et Diaconos iiii. ordi.
 nauit, Roma mortuus est, cuiusq; cadauer in Ba.
 silica S. Petri sepultum. Vacauit sedes
 dies duos. Obijt viii. calend. Febr.
 Anno Dominice natiuitatis
 Dcccxxvii.

CVIII.



PASCHALIS.



CIX.



PASCHALIS natione Italus, patria Romanus, ex patre Bonoso monachus ordinis S. Benedicti, Et S. R. E. Presbyter Cardinalis à Papa Leone III. factus Imp. Cass. Ludouico Pio et Lotbaris eius filis Augg. Sedit in Petri cathedra ann. VII. menses III. et dies XVII. creatus VI. Calend. Februarij. Hic Pont. supra qua credi potest benignus, humilis, pius, ac mansuetus fuit. Congiarium Clevo dedit, Captiuos ubicunq. inuenire poterat, redemit, multas Ecclesias restituit, et omnibus maxima obtulit dona. Diaconiam SS. Cosmae, et Damiani exornauit. Demum cum ordinationes duas, alteram mense Decembri, alteram Martis fecisset, quibus Episcopos p̄ diuersa loca numero XXV. Diaconos uero VII. et presbyteros in Ecclesia Romana septem ordinauit, plenus bonorum operum obdormiuit in Bristo, die III. Idus Maij. Anno Dominice incarnationis MCCXXIII. CADA, uer in Basilica S. Petri sepulchri est. Vacauit sedes dies. III.

EUGENIUS



Eugen.

EVGENIUS natione Italus patria Romanus, ex patre Boemundo S. R. E. presb.
 Cardin. ex S. R. E. Archipresbytero a Leone III. Papa factus. Sedit in Petri
 cathedra Imp. Cass. Ludouico Pio, et Lotbario Augg. Annos III. menses
 VI. et dies XXIII. creatus XVI. Calend. Junij, coronatus et consecratus XI.
 Calend. eiusdem mensis. Hic Pont. humilis, comis, benignus, et mansuetus
 fuit, sub quo maxima omnium rerum ubertas exstitit, viduarum, pupillorum,
 captiuorum, et aliorum pauperum misericordissimus subuentor. Ecclesiarum
 reparator. Huius quoq; precibus nonnulli ciues Rom. qui in Francia capti:
 ui tenebantur. Liberati suq; restituti sunt Romam remissi. Demum quum
 ordinationes nonnullas Episcoporum presbyterorum, et Diaconorum multorq;
 fecisset, plenus bonis operibus in Ecclesia pace obdormiuit in Christo. Ro.
 ma die III. Id. Decembris anno Domini DCCCXXVII. Cadauer in
 Ecclesia S. Petri sepultum est. Et uacauit S. Ro.
 mana sedes dies tantum treis.

CX.



VALENTINVS.



VALENTINVS natione Italus patria Romanus, ex patre Leontio S. R. E.
 Archidiaconus Card. a Papa Pascali I. factus. Imp. Cas. Lotbario Aug. Se.
 dit in Petri cathedra mensem I. et dies X. magne sanctitatis, et spiritu sac.
 to plenus fuit hic Pontifex Res mundanas, et hominum uanitates abhorres.
 erat autem frugalitate clarus, actione precipuus, sermone luculentus, uiduarum,
 pupillor, captiuorum, et pauperum Christi constantissimus amator. Demu
 post multa sua opera bona in uita sua facta raptus est, ut malitia mu.
 taret intellectum eius. Obdormiuit in Christo die XI. Calendas Februax.

CXI.



Anno Domini DCCCXXVIII. quum creatus esset circa finem anni superioris XIXE.
Calendas Januarij. et die sequenti consecratus. Cadaver eius in Basilica Sancti
Petri sepultum est. Vacavitque eo mortuo Sancta Romana
sedes dies treis.

GREGORIUS IIII.



CXII.



GREGORIUS IIII. natione Italus, patria Romanus, ex patre Joanne ex S.
R. E. Diacono Card. à Papa Leone III. facto, Rom. Pont. pronunciatus sedis
Imp. Cass. Lotbario, et Ludouico iunioris eius filio Augg. annos XVI. crea-
tus tertio Calendas Februarij, uix sanctitate, pietate, religione, eloquentia, et
sapientia ornatus, pater pauperum, Ecclesiarum reparator, generis illustri,
fide illustrior. Hic corpus beatus. Papa Gregorij primi ex loco ubi sepultu
fuerat ante Secretarium sub altari nominis sui collocavit, Pallium quoque
eius Dalmaticas, Philateria balfbeum, et ceteras eius sacras uestes inuenit, et
in sacrario S. Petri reposuit, populo statim diebus osculanda ostendens, qui bea-
tissimus, et sanctus: Papa ordinationibus quinque mensibus Martio, Sep-
tembri, et Decembri factis, quibus Episcopos per diuersa loca, in Ecclesia ue-
ro Romana Presbyteros, et Diaconos centum et octuaginta quinque omnino
ordinauit. Plenus bonorum operum dormiuit in Christo die VIII. Calendas
Februarij. Anno Dominica natiuitatis DCCCXXIII. Vacauit Roma,
na sedes dies XV. Cadaver eius in Basilica Princi-
pis Apostolorum S. Petri, digno cu
honore sepultum est.

22.

Sergio

SERGIUS II.



SERGIVS II. natione Italus, patria Romanus, de regione quarta, patre Ser-
 gio S. R. E. Archipresbyter Card. à Papa Paschali factus, Imp. Cass. Lo-
 thariis et Ludouico II. Augg. Sedit in Petri cathedra annos III. menses II. dies
 III. creatus III. Idus Februarij, et eo die consecratus. Sunt qui scribant
 hunc Sergium primum Rom. Pontificum fuisse, qui mutandi nominis
 auctor fuerit, proprij nominis deformitate motus, quod minus Idoneum
 Pontificia maiestati arbitrabatur. Quum enim Osporcus ante Pontificatum
 appellaretur, Pont. max. pronunciaretur, paternum nomen tanquam magis
 honestum, tantęque dignitati congruentius assumpsit. Ab hoc igitur scribunt
 mutandi nominis Rom. Pontificib. recenter creatis consuetudinem mansisse.
 Fuit autem hic Pont. humilis, pius, benignus et mansuetus. Venit sub eo ad
 urbem Imp. Lotharius Aug. cum Ludouico filio suo, quem à Pont. in Au-
 gustum mungi fecit. Pestis quoq; ingens huius tempore fuit. Hic Pontifex
 Monasterium S. Martini in montibus quae uetus tate piana disiecta erat,
 à nouo refecit, Denum post multa bona opera quum ordinationem vnā
 mente Martii fecisset, qua Episcopos ꝑ diuersa loca numero xxiiii. crea-
 uit, presbyteros uero in urbe Roma viii. et Diaconos tres ordi-
 nauit, mortuus est in bona Ecclesie pace, pridie Idus
 Aprilis Anno Dominicae natiuitatis Dcc.
 c. XLVII. Cadauer eius in Ba-
 silica S. Petri sepul-
 tum est.

Non uacauit Sancta Romana sedes, quia eo die successor factus est.

CXIII.





CXIII.



LEO IIII. natione Italus, patria Romanus, ex patre Rodulpho, S. R. E. presby. ter Card. à Sergio II. PP. factus, sedit in Petri cathedra Imp. Cass. Lotbario et Ludouico II. eius filio Aug. Annos VIII. menses III. et dies VI. Hic Pont. Vaticanus propter repentinas Saracenorum Italiam omnem infestantium incursions, Basilicam S. Petri Apostoli depredantium, muris cincto, Urbem fecit, eamq. nomine suo dedicatam Leoninam appellauit, atq. beato Petro Apostolorum Principi custodiendam tradidit, portas in ea sex posuit, muros fortes, turres ac propugnacula fecit, sicque S. Petri Basilicam futuram reddidit, quam sub Papa Sergio predecessore suo Saraceni inuadentes omnibus ornamentis exspoliauerant. Fuit uero uix sanctitate, doctrina, consilio, prudentia et Urbanitate insignis. Caphios à Saracenis data pecunia redemit. Inque accensum in Vrbe precibus exstinxit. Saracenos maximis cladibus per Duces cruce signatos affecit. Diaconias urbis Romæ ornauit. Congiarium Clero dedit, pulcherrimas orationes et collectas in Apostolorum Petri et Pauli honororem composuit, quibus Ecclesia Romana hodie utitur. Demum bonis operibus multis editis, quum ordinationes duas fecisset mense Martio, quibus Episcopos p. diuersa loca numero LXXIII. presbyteros XXX. et Diaconos octo. in Vrbe Roma fecit, mortuus est, die XVI. Calend. Augusti. anno Dominica natiuitatis DCCCLV. quum creatus fuisset pridie Idus Aprilis. Vacauit sedes mensem unum et dies quindecim. Cadauer eius sepultum est in Basilica S. Petri.

Joann.

95.
 Post Leonem, à quibusdam recentioribus, quorum auctor et antesignanus est Max-
 tinus Polonus mendaciorum loquacissimus, in ordine Rom. Pontificum ponit,
 Joannes quidam, quem septimum appellant natione Anglicum, eamque femina
 fuisse asseruit, sedisseq; in Petri cathedra annos duos, mensem 1. et dies iii.
 et post à familiari compressam, in partu excessisse. De hoc quid sentiam, no-
 est modo dicendum, hoc tamen non praetermittam, huius rei à nullis veterum
 scriptorum mentionem unquam factam fuisse, ex his qui ante Martinum
 Polonum fuerunt. Fuerunt autem, et adhuc eorum scripta extant quam-
 plurimi, tam horum, quam inferiorum temporum. Deinde tempus, quo ea
 sedisse scribit, hic interponi non posse reor, quum à morte Leonis ad cre-
 ationem Benedicti dies tantum xxv. intererint, quod ex eorum temporum
 scriptoribus excoepimus. Anastasio videlicet et ex Bibliothec.
 caris, qui per haec tempora vixit.

CXV.



BENEDICTVS.



BENEDICTVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Petro, S. R. E. presbyter
 Card. S. Maria, ff. Callisti, à Papa Leone iii. factus. Imp. Ces. Ludouico iii.
 niore aug. Sedit in Petri cathedra annos duos, menses sex, et dies nouem.
 Hic omnium suffragijs Pont. nunciatus omnino tantum pondus renuntiabat,
 se tanto muneri insufficientem esse clamitans, uerum omnibus precantibus, ut
 tantam, quam ei Deus obtulerat dignitatem accipere non recusaret, quarens se
 à propria quiete auelli, tandem Pontificatum recepit. Consecrationis uero mu-
 nus accepit in Basilica S. Dei genitricis, pridie nonas Octobris. Dum autem
 coronari deberet, actum est per Arrenium Orfansem, et Radwaldum Portuen.

CXVI.



96.
 Episcopus, ut functione Legatorum Imp. Ludouici Cardinales cogentur ad eli-
 gendum Anastasium Card. S. Marcelli presbyterum ob multa scelera depositu-
 a beato Papa Leone III. Sed Cardinalium in Benedicti electione pertinacia
 uicini desistere. Hic Pont. post consecrationem suam, multa dona obtulit Ecclē-
 sijs Dei tam in Vrbe Roma quam extra. Fecit autem ordinationem unam,
 mense Decembri Episcoporum xx per diuersa loca, presbyterorum uero vi.
 et Diaconi unius in vrbe Roma. Mortuus est die v. Idus
 Aprilis. Anno DCCCLVII. Cadauer in Basilica S. Petri
 sepultum est. Vacauit Romana sedes di-
 es quindecim.

NICOLAUS.



CXVII.



Nicolaus natione Italus, patria Romanus, ex patre Theodoro S. R. E. Diaconus
 Cardinalis a Beato Papa Leone III. factus, sedit Imp. Ces. Ludouico II. Aug.
 In Petri cathedra annos nouem, menses vi. dies XXI. creatus et consecratus
 VIII. Calend. Maij, in Basilica S. Petri, quo Pontificatus dignitatem fugies,
 latitabat. Demum inuentus, coactus ab omni Clero, Pop. et Senatu, Imp. pra-
 sente Pontificale conscendere solium. Ad hunc Michael Constantinopolitanus
 Imp. eius sanctitate promotus, multa dona misit, obtulit quoque beato Petro in-
 gentia munera, tam in auro, quam in argento. Hic PP. omnes fere urbis
 Basilicas uetustate corruentes uel in melius instituit, uel a solo reparauit.
 Ordinationes autem plures mense Decembri fecit. In his Episcopos xxv. presb.
 xvii. et Diac. iii. instituit. Mortuus est Illus Nouemb. anno DCCCLXVII. Cada-
 uer sepultus in Basilica S. Petri. Vacauit Romana sedes dies tantum septē.
 Hadri

HADRIANVS II.



CXVIII.



HADRIANVS II. Talaris Episcopi filius, natione Italus, patria Romanus, S. R. E. Card. a PP. Sergio II. factus Imp. Cas. Ludouico iunioris aug. Sedit annos III. menses X dies XII. creatus XII. Calend. Decembris. Hic Pont. quum presbiter esset, Sergio Papa maxime familiaris fuit, a quo quum aliquando denarios XI. donis accepisset, domum rediens dispensatori mandauit, ut eos peregrinis, et pauperibus, qui in vestibulo domus sue stabant, erogaret. Facere ille mandata conatus, quum uideret, ne minime quidem parui tantula re satisfieri posse, ad Hadrianum rediens rem ipsam exposuit. Tunc Hadrianus accepta pecunia ad pauperes ueniens ternos denarios singulis prestauit, et totidem sibi rei familiari satisfacturus, reseruauit. Admirante dispensatore miraculo rei, uis Hadrianus uidens (inquit) quam benignus et largus sit Dominus his praesertim qui liberales et munifici sunt in pauperes. Creatus est autem Pont. legatorum Ludouici non habita ratione, quod dicerent, non esse equum in electione Pont. Rom. morem introducere, ut expectentur Principis legati. Sub hoc Papa sancta et uniuersalis Synodus octaua Constantinopolitana quarta celebrata est, in qua pulso Patriarcha Photino, nec non et Neophylo Ignatius restitutus est. In hac Synodo actum est, Bulgari an Romanam, uel Constantinopolitanam sedi subijcerentur, quorum rex Michael missis muneribus Pape Hadriano, quempiam ex Rom. Ecclesiae Cardinalibus in Bulgarorum Archiepiscopum petijt. Quod et factum est. Post hac beatus Papa Hadrianus iunior mortuus est. Calend. Octobris. Anno Dominice natiuitatis.

factis. DCCCLXXII. Cadauere in Basilica S. Petri
fuit sepultum. Vacauit sedes dies XII.

JOANN. VIII.



CXIX.



JOANNES VIII. natione Italus, patria Romanus, ex patre Gundo sedit annos
 x. dies ii. Imp. Ludouico iuniore, Carolo iuniore Caluo, Ludouico iii. Balbo,
 et Carolo iii. Crasso Augg. Creatus iii. Idus Octobris. Hic Papa pro utilitate om-
 nium Ecclesiarum, et precipue Galliarum, in Franciam profectus est, mariti-
 mo itinere, ubi Treueris in presentia Imp. Ludouici Maximam Galliarum
 Episcoporum habuit, in qua multa ad rectam uiuendi normam decreta sunt.
 Hic treis Imp. quatuor annor. spatio, quod nulli unquam contigit, diadema-
 te imperiali redimiuit, uidelicet Carolum Caluum, Ludouicum Balbum, et
 Carolum Cassum. Post hac Romam ueniens suscepit atq. approbavit acta sanc-
 te et uniuersalis Synode nonę, Constantinopolitane quintę. Moxius et
 autem beatus PP. Joannes viii. Idibus Octobris. Anno Domi-
 nica natiuitatis Deccccxxii. Cadauer sepultum in
 Basilica S. Petri. Vacauit Roman.
 sedes dies treis.

MARINVS.



Marin.

⁹⁹
MARINVS I. natione Gallus, patre Palumbo presbytero cuiusdam Ecclesie
 in Gallia, Imp. Cæs. Carolo III. crasso Aug. Sedit in Petri cathedra annuum
 unum, menses III. dies XXIX. Hic auctor fuit, ut Ioannes VIII. Papa mul-
 tis seditionibus agitaretur, quando in Galliam profectus est, adeo ut et
 in uinculis coniectus sit huius Marini fraude, qui eo mortuus malis quodam
 archibus Pontificatum adeptus, breui tempore uixit, nihil memoria dignu
 agens, Mortuus est Roma XVII. Calend. Aprilis. Anno Dominice natiuitatis
 DCCCXXXIII. Cadauer in Basilica S. Petri sepultum est.

Vacauit sedes dies sanctorum duos.

HADRIANVS III.



HADRIANVS III. natione Romanus, ex patre Benedicto de regione uia
 lata, Imp. Cæs. Carolo III. crasso Aug. Sedit annum unum, dies XXII. crea-
 tus XV. Calend. Aprilis. Tanti animi fuit hic Papa ut Pont. pronunciatu
 statim ad Clerum S. P. Q. R. retulerit, ne in creandis Pontificis Rom. Imp.
 auctoritas expectaretur, utq; libera essent et Populi et Cleri suffragia. Quod
 quidem institutum à Nicolao I. tentatum potius, quam imbutum fuit.
 Hic autem Pont. perfecit, illectus oportunitate, quod Carolus Imp. III. ab Ita-
 lia cum exercitu discedens, in Normannos rebellantes mouerat. Mortu-
 us est autem Hadrianus PP. III. die VII. Idus Maij. Anno Dominice natiui-
 tatis DCCCXXXV. quum de eo Clerus Populus que Romanus ob uirilitatem
 et animi magnitudinem, magnam spem conceperent. Cadauer
 in Basilica S. Petri sepultum est. Vacauit sedes
 dies treis.

CXX.



CXXI.



STEPHANVS VI.



CXXII.



STEPHANVS natione Italus, patria Romanus, ex patre Hadriano de regione, uia lata, S. R. E. presb. Card. Imp. Cass. Carolo III. Crasso et Arnulpho Aug. Sedit in Petri cathedra annos VI. et dies XIII. creatus et consecratus III. Idus Maij. Sub hoc Papa Humi gens Scythica in Pannoniam insequens ad con- sanguineos Hungaros descendentes, pulsus Gepidibus, et Aduaticis ipsam se- cupant, unde infinita mala exorta. Stephanus autem Papis de quo nihil admodum memoria dignum adhuc repperi, uel ob temporis breuitatem uel quod horum temporum scriptores desideramus, Roma mortuus est, die VIII. Calendas Junij. Anno Dominicę Natiuitatis MCCCXCI. Cadauer eius in Basilica S. Petri sepultum est. Et uacauit S. Rom. sedes dies quinq.

FORMOSVS.



CXXIII.



FORMOSVS natione Italus Ciuis, et Episcopus Portuenis, ex patre Leone creatus Episcopus à Papa Marino. Sedit Imp. Cas. Arnulpho Aug. in Petri cathedra

annis

101.
 annos quinque, menses sex, et dies xviii. creatus in schismate cum Sergio, S. R.
 E. Diacono Card. pridie Calend. Junij. fuitq; primus Papa, qui quum aliene
 Diocesis Episcopus esset, Pont. Rom. factus fuerat. Hic PP. Joannis viii. seue-
 ritatem (cuius offensam contraxerat) ueritus, in Gallias fugit, deserto Episco-
 patu Porthuen. Verum reuocatus, quum redire nolisset, anatremate notatus
 Episcopatu priuatus est, a Marino uero PP. restitutus in pristinam di-
 gnitatem. Mortuus Stephanus Pontificatum hac ratione obtinuit. Quum
 Sergius Diaconus Card. S. R. E. Pontificatum ambiens penè obtinisset, iamq;
 ad altare pro consecratione accessisset, Romanorum pars maxima, mala uita
 Sergij Diaconi offensa (erat enim uix omnibus luxurijs deditus) Formosum
 Episcopum Porthuen. Pro uera religione, et doctrinarum scientia Papam eli-
 gunt, et cum non mediocri tumultu et iniuria Sergium ab altari expellunt,
 Formosum Papam coronantes. Sergius uero urbe exactus in Thusciam pro-
 fectus est ad Adelbertum Thuscie potentiss. Regulum, ut eius praesidio ali-
 quando in urbem reuerti posset. Quieuit tamen Formosi et aliquot succes-
 sorum suorum tempore, quod Pop. Rom. ei nunquam assensire uoluit. Demum
 largitionibus, corrupta maiori ciuium parte post aliquot annos reuersus,
 Pontificatum Rom. eiecto priore Pont. obtinuit, de quo mox suo loco dicem.
 Interim Formosus Papa factus caput a quibusdam Rom. uehementex afflic-
 tari, quamobrem coactus in sui auxilium Imp. Arnulphum euocauit, quem
 in Imp. etiam munxit, iniuria Pont. uindicata, ac solitis ciuibus
 casis, quieuitque Vebs Roma multis diebus post illorum
 mortem. Formosus autem mortuus est die

xvi. Calendas Ianuarij. Anno Do-
 minicae natiuitatis Dcccxxvi.

Cadauer in Basilica

Apostolorum

Princi-

pis

sepultum est. Et uacauit Roma.

na sedes eo mortuo di-

es duos.

SCHISMA IX. INTER FORMOSVM, ET SERGIVM. IN
Ecclesia Romana.

BONIFACIUS VI.



CXXIII.



BONIFACIUS VI. natione Romanus, ex Tuscia oriundus patre Bonifa-
cis Episcopo Imp. Cas. Arnulpho Aug. Sedit in Petri cathedra dies sancte
xv. creatus xii. Cal. Januarij. De hoc ob Pontificatus breuitatem, nihil
memoria inuenitur, illud tantum constat eum mortuo Formoso sequenti
suffragijs pronunciatum. Mortuus est Romae iii. Nonas Januarij. Anno
Domini DCCCXCIII. Cadaver eius in Basilica S. Petri sepultum est.
Et uacauit S. Romana sedes dies quinque etc.

STEPHANVS.



CXXV.



STEPHANVS VI. natione Romanus Joannis presbyteri filius, Episcopus An-
agninus a Papa Formoso factus. Imp. Cas. Arnulpho Aug. Sedit in Petri ca-
thedra annum unum, menses iii. creatus vi. Idus Januarij. Huius Pape
tempore.

tempore Basilica Lateranen. ingenti terra motu concussa, tota ab altari ^{103.}
 ad portam cecidit. Hic Pont. ingenti odio prosequutus est Formosi no-
 men. Nam Pont. factus statim omnia eius acta abrogavit, res ges-
 tas rescidit, a quo tamen Episcopatum Anagninum acceperat. Huius
 simultatis causam fuisse referunt, quod in adipiscendo Pontificatu ei
 Formosus aliquando contrarius fuerat. Mortuus est iste Stephanus VIII.

Idus Aprilis. Anno Dominica Natiuitatis Dcccxcviii. Cadaver
 in Basilica Principis Apostolorum S. Petri sepul-

turn est. Vacavit eo mortuo S.

Romana sedes dies
 hris.

ROMANVS



Romanus natione Gallus, ex patre Cons. Tantiis, Imp. Cas. Arnulpho Aug. Se-
 dit in Petri cathedra menses iiii. et dies xxiiii. creatus viii. Idus Aprilis.
 Cui statim Pontificatu inito Stephano Pape vi. decreta contra Formosum (cu-
 ius fuerat amicissimus) et acta improbauit, abrogauitq. Formosiq. ges-
 ta abrogata a Stephano conciliat, restituitq. Nihil n. aliud hi Pontifices co-
 gitabant quam et nomen et dignitatem maiorum suorum extinguere.

Denique non longo post iste Pasa mortuus est die Calendas
 Septembris. Anno Dominica natiuitatis Dcccxcix. Ca-
 daver in Basilica S. Petri sepultum est.

Et tenuit Episcopatus di-
 es viii.

CXXVI.



THEODORVS II.



CXXVII.



THEODORVS II. natione Romanus ex Patre Photio Imp. Ces. Arnulpho Aug. Sedit in Petri cathedra annos xx. creatus iiii. Idus Septemb. Huius nihil memoria dignum, propter temporis breuitatem inuenitur, nisi quod Formosi pariter suscepit, Stephanique prequutus est. Mortuus est Roma die iiii. Calend. Octobr. Anno Dcccxcviii. Cadaver in Basilica S. Petri sepultum est. Et uacauit S. Romana sedes dies undecim.

IOANNES IX.



CXXVIII.



IOANNES IX. natione Italus, prouincia Latio, ex patre Rampualdo, professione monachus, Imp. Ces. Arnulpho Aug. Sedit in Petri cathedra annos ii. dies xv. creatus v. Idus Octobris. Hic Papa factus, statim Formosi causam in integrum restituit, aduersante magna Pop. Rom. parte qua ex re tanta seditio orta est, ut paulo admodum ab iusto prelio abfuerit. Is uero Raucenam profectus lxxiiii. Episcoporum habito conuentu res Stephani gestas improba.

uif

uit, et Formosi acta solemniter restituit, dijudicans à Stephano quicquid factum erat perperam factum esse. Post hæc Papa Joannes Romam reuersus non longe post mortuus est. Anno Domini Dccc. die vii. Cal.

Novembre. Cadaver in Basilica S. Petri sepultum est.

Vacavit S. Rom. sedes dies ix.

BENEDICTVS III.



BENEDICTVS III. natione Italus, patria Romanus, ex patre Mammolo Imp. Cas. Ludouico III. Aug. Sedit in Petri cathedra annos iii. menses vi. et dies xv. creatus prid. nonas Novembre. Sub hoc Papa nil gestum sequitur, quod magis commendari possit, licet Clementis. et humanis. habitus sit, qui inter horum temporum Pontifices tanquam Sidus Lucidum inter densissimas nebulas luget, erat enim prudentia, grauitate et sanctitate uenerabilis. Mortuus est autem Roma die xv. Calend. Junij; Anno Dcccv. Cadaver eius in Basilica S. Petri sepultum est. Et uacavit sedes Romana dies sex.

CXXIX.



LEO V.





LEO V. natione Italus, ex Latio, patria Ardeatinus ex Villa qua appellatur Priapi, Imp. Cas. Ludouico III. Aug. Sedit mensem vnum et dies x. creatus VIII. Calend. Junij. Hic XI. sui Pontificatus die a Christophoro presb. Cardinali familiari suo, de quo plurimum confidebat, captus dominandi cupidine ac in vincula coniectus est, quod non sine magna seditione factum fuit. Quante enim auctoritatis Pontificatus hunc esset, uis priorum Pontificum uel ex hoc maxime liquet, quod a uiro priuato tante dignitatis homo, ui et factione uno fere momento deiectus est. Leo igitur V. Nonas Junij coactus a Christophoro Pontificatum abdicauit, et carcere eductus est, monachus factus, ac in monasterio relegatus. Sancta Romana sedes tunc non uacauit, nam statim eo deiecto Christo-

phorus Pontificatum occupauit.

CHRISTOPHORVS.



CHRISTOPHORVS I. natione Italus, patria Romanus, ex patre Leone S. R. E. presb. Card. pulso Leone V. Imp. Cas. Ludouico V. Aug. Sedit in Pontificatu menses VII. creatus die V. nonas Julij, quo Leo V. captus est. Hic quum ab omnibus Clericis, Laicisq; Romanis uehementi odio haberetur, quod tam malis artibus tantam dignitatem obtinisset, contra eum clam a quibusdam ciuibus et Clericis Sergius ille euocatus est, qui in seditione Formosi Vrbe pulsus, in Tuscia exulabat. Hic acceptis praesidijs Adolberti potentiss: Tusciae Marchionis in urbem uenit, et assentionibus, imo cohortationibus Rom. Christophorum S. sedis inuasorem, septem menses iam in Pontificatu.

fificatu agentem. capit. III. Nonas Febr. Anno Domini DCCCCVI. ac Pontificatu
 exutum Monachum totondit, et in monas terium relegauit. Deo illi con.
 dignam retribuente pœnam, ut quæ Domino suo Papa Leoni V.
 fecerat, ipse paulo post pateretur. Non uacauit sedes,
 nam eo deiecto omnium consensu Sergius
 Papatu obtinuit.

SERGIUS III.



SERGIUS III. natione Italus patria Romanus, ex patre Benedicto S. R. E.
 presb. Card. pulso Christophoro et se abdicato Imp. Cas. Ludouico IIII. Aug.
 sedit in Petri cathedra annos VII. menses III. et dies XXI. creatus die capti.
 nis Christophori. Hic Pont. Christophoro Apostolicę sedis inuasore (armifenti.
 bus potentis. Romanis) capto, atq. Pontificatu deiecto, statim ubi Pontificatu
 adijt, iniuriarum memor, quas in ordinatione Formosi passus fuerat, et
 impius, doctrinarumq. sanctorum miscius Formosum ex sepulchro extrahi,
 atq. in sede Pontificia collocatum, sacerdotalibus indumentis uestitum desol.
 lari precepit, et paulo post sacratis exutum uestimentis digitis tribus absci.
 sis in Tyberim præcipitari fecit, omniaq. eius acta abrogauit, et cunctos
 quos ipse ordinauerat gradu propriis depositos iterum ordinauit. Et non
 longe post Basilicam Constantinianam que tempore Papa Stephani VI. ce.
 ciderat, a solo reedificauit, et diuersis donis et ornamentis ditauit. Mox
 suus est autem Papa sergius die XIII. Calend. Junij. Anno DCCCXIII. filium
 relinquens Joannem ex Marocia famosissima concubina, qui non longe post
 Papa factus est. Cadaver autem Serqij in Basilica Constantiniana sepultus est.
 Et uacauit S. Romana sedes dies septem eo mortuo.

CXXXII.



ANASTASIVS III.



CXXXIII.



ANASTASIVS III. natione Italus, patria Romanus, ex patre Luciano, Imp. Cas. Conrado Franco. Sedit in Petri cathedra annos 11. menses 11. et dies 15. quinquiduum. creatus vi. Cal. Junij. Quum nihil admodum memoria dignu fecisse legitur. Hunc Pontific. hac in una re laudare possumus, quod nemine eorum qui ante se in Pontificatu fuere, ignominia aliqua notaverit, vel maledicentia persequutus sit. Mortuus est Roma die 19. Calend. Septemb. Anno Domini MCCC. Cadaver in Basilica S. Petri sepultum est. Vacavit S. Romana sedes dies duos.

LANDO.



CXXXV.



LANDO natione Sabinus, patria Herebo, ex patre Tamo, Imp. Conrado Franco Sedit menses 11. et dies xxvii. creatus vi. Cal. Septemb. Cuius vita obscurissima fuit, tum ob Pontificatus brevitatem, tum quod horum temporum scriptores non extant. Vincentius historicus in Catalogo Romanorum Pontificum huius non meminit. Bibliothecarius famen, Guibelmus, Martinus, et Consonius

sentinus cum non omittunt. Mortuus est Roma die xvi. Calend. Febr. Anno ¹⁰⁹
Dominice natiuitatis DCCCCXVI. Cadaver eius in Basilica S. Petri
sepultum est. Vacavit sedes dies xxvi.

IOANNES X.



IOANNES X. natione Italianus, provincia Emilia, ex patre Joanne, primo Epis.
copus Bononiens. mox ex Archiepiscopo Ravennate in Rom. Pont. Theodora
meretricis nobilitis. (que eius amore flagrabat) studio electus. Imp. Car. Co.
rado Franco et Henrico Aucupe Saxone Aug. Sedit in Petri cathedra ann.
xv. menses ii. et dies xv. creatus Idib. Febr. Hic militares potius quam re.
ligioni deditos spiritus habens, Saracenos Apuliam, Campaniam, et extremas
Italice oras vastantes, ingenti coactu exercitu (cuius Dux Landulphus Bo.
nonien. Princeps erat.) adeo attrivit et magna caede superavit, ut nullus
superset, qui domum accepte cladis nuncium perferret. Post hac Papa
Joannes (qui donis Busicie Comitis et Marocie meretricis eius uxoris
fraudibus ac dolo captus est) in carcerem coniectus est, ac cervicali sup.
os imposito, misere suffocatus est, die v. Calend. Maij. Anno Dominice
natiuitatis DCCCCXXX. Laterani cadaver sepultum. Non
vacavit sedes, nam statim in eius locum Vidoni
et Marocia ui, Pont Rom. factus est
Joannes dicta Marocia, quem
ex Sergio III. meretricis
susceperat. Ioa.
nes xi.
appellatus.



IOANNES XI.



CXXXVI.



IOANNES XI. natione Italus, patria Romanus. Papa III. Sergij filius
 ex Marocia nobiliss: concubina, occiso Joanne X. Rauemate Vitrici pote-
 his. et matris Marocię ui et as tu Pontificatum Romanum adeptus
 Imp. Cæs. Henrico Saxone. Sedit in Petri cathedra annos III. menses X.
 et dies XX. creatus V. Calend. Mayj. post tridie obitus Joannis X. Hic Pontif.
 malis actibus Pontificatum adeptus nil memoria dignum egit, quod ad
 eius commendationem posteris transmissum sit. Sub eo Genua à Saracenis
 ex Aphyrica uenientibus anno sequenti capta ac diripta est, omnesq; ciues
 uel occisi uel in seruitutem abducti. Ioannes autem Romæ
 die III. Idus Martij mortuus est. Anno Dominię
 Natiuitatis DCCCXXV. Cadaver eius
 in Basilica Lateranen' sepul-
 tum est. Vacauit se-
 des dies I.

LEO VI.



Leo

LEO VI. natione Italus, patria Romanus, ex patre Leone seu Christophoro^{111.}
 S. R. E. primicerio, Imp. Cas. Henrico Aucupe Saxone, sedit in Petri cathedra
 menses vi. et dies xv. creatus idibus Martij. Hic Hugone et Lothario in
 Italia regnantibus Pontificatum adeptus nihil memoratu dignum gessit, qd
 ad nos puenit. Mortuus est Roma die iii. Calend. Octobris, Anno
 Dominica natiuitatis DCCCXXXV. Cadauer in Basilica S.
 Petri sepultum est. Vacauit S. Romana se-
 des eo mortuo, dies tantum decem.

CXXXVII.



STEPHANVS VII.



STEPHANVS VII. natione Italus, patria Romanus, patre Gendemundo, Imp.
 Cas. Henrico Aucupe Saxone. Sedit in Petri cathedra annos duos, mense
 unum, dies quindecim. creatus vi Idus Octobris. Hic a Romanis ita sedi-
 tionibus vexatus est, ut nihil memoria dignum toto suo Pontificatu agere
 potuerit, imo uero in eius seditionibus mutilatus, furcifer aliqua-
 die uitam duxit, quem ob inueterata uulnera pro-
 dire in publicum erubesceret. Sed non
 longe post mortuus est Roma
 die ix. Calend. Decemb.
 Anno Domini.
 CCCCXXXVII.
 Cadauer sepultum in Basilica S. Petri.
 Vacauit sedes dies tantum
 duos.

CXXXVIII.



LEO VII.



CXXXIX



LEO VII. natione Italus, patria Romanus, legitimis suffragiis die v. Cal. De-
 cembrii creatus, sedit Imp. Coes. Othone magno Saxone, in Petri cathedra
 annos 11. menses vi. dies 1x. Hic Pont. nihil Tyrannicum in uisa pra se fu-
 lit, integre ac moderate uitam ducens, rei diuine consulens, quantum illa tem-
 pora in tam corruptis omnium moribus patiebantur, Reuocare enim Ci-
 ues ad concordiam, temeritate ac Stultitia prorsum Pontificum adhuc tu-
 multuantes, componere res Italias, pacare externum hos tem, propulsare Barba-
 ros a coruicibus Italiae conatus est. Quo re se nihil melius, aut laudabilis
 conari potuit. Verum dum haec, et alia ingentia meditatur, moni-
 lux Roma die viii. Idus Maij. Anno Domini na-
 tivitatis ccccxx. Cadaver sepultum est
 in Basilica S. Petri: mensem
 unum Romana se-
 des uacauit.

STEPHANVS VIII.



Steph.

113. CXXXX.
 STEPHANVS VIII. natione Italus, patria Romanus, Imp. Othone. Sedit in Pe-
 tri cathedra annos duos, menses iii. et dies xv. creatus v. Id. Junias. Sub
 hoc Pont. Hungari fecerunt omnem Europam uastantes, ab Othone Germanie
 Rege maxima clade afflicti sunt. Mortuus est hic Pont. nulla re in si-
 qui gesta, Romæ, die x. Calend. Nouemb. Anno Domini
 cccxxi. Cadauer in Basilica principis Apes-
 tolorum sepultum est. Vacauit
 S. Romana sedes
 dies decem.



MARINVS II.



CXXXXI.
 MARINVS II. natione Italus, patria Romanus, Imp. Ces. Othone Saxone. Se-
 dit in Petri cathedra annos iii. menses vi. dies xiii. creatus iii. Nonas Noue-
 bris Mansuetudinem et placabilitatem SS. Pontificum hic PP. imitatus est.
 Pontificatum enim adeptus, prophana quæque omittens, religioni se totum
 dedit, templa uetus tate labentia instaurans, pauperes elemosinis pascens.
 Non caruere hæc tempora maximis seditionibus. Nam maxime cades in Ita-
 lia commisse sunt inter Othonem Saxone et Lotharium Italia reges. Con-
 stantinopolim quoque maxime tumultuatum est. Nam ciues ipsi capti Imp.
 Constantino, eum monachum tonsuram in insulam relegauerunt. Verum eius
 filius Leo Imperium suscipiens, patris iniurias ultus, authores seditionis
 acriter puniuit. Hoc tempore PP. Marinus Romæ mortuus est,
 die Iduum Maij. Anno Domini cccxxvi. Cadauer in Ba-
 silica S. Petri sepultum est. Vacauit sedes dies iii.



AGAPITVS II.



CXXXII.



AGAPITVS II. natione Italus, patria Romanus, Imp. Othone magno saxo-
ne. Sedit in Petri cathedra annos 1x. menses vii. et dies x. creatus xiii.
Cal. Junij. Hic tumultu bellico in Italia ardente Pont. electus, omnia statim sa-
care aggressus est, (uix enim innocens erat, et gregis sibi commissi diligentis-
simus gubernator.) Basilicas Urbis Roma quae restitutionis indigebant, uel
a solo refecit, uel in parte restituit. Monachis priuilegia multa concecit et
praecipue Caminensibus. Duces Italicos inter se de principatu decertantis
pacare, atq; amicos facere quanta maxima potuit ope, contendit. Demum
bonis operibus plenus, et de omnibus bene meritus, Roma hominem exuens
migravit ad Christum, die v. Calend. Ianuarij. Anno Dominicae
natiuitatis cccxv. Cadaver eius in Basilica Sancti
Saluatoris honorifice sepultum est. Vaca-
uit tum S. Romana sedes di-
es xii.

IOANNES XII.



Joann.



IOANNES XII. natione Italus, patria Romanus, Alberici uiri nobilissimi, et potentissimi filij nepos, sedit Imp. Ces. Othone magno Saxone Aug. in cathedra Petri annos viii. menses vi. dies v. creatus iiii. Idus Januarij, ut et potentia patris Alberici, Romanorum principatum Senatoris nomine obtinentis prius Octavianus appellatus, homo sane ab Adlescentia omnibus probis contaminatus, ac turpitudine, uenationibus, alea, scortis magis deditus quam orationi ut bonum Pont. decet. Hic cum post patris mortem a Berengario et Alberto eius filijs (orbis imperium sibi uendicare conantibus) opprimeretur, missis nuncijs Othonem Saxonum regem in auxilium suum euocauit. Is cum maxima Saxonum multitudinis Alpibus traiecit in Italiam descendens, Berengarium et filium Albertum acie uicit ac fugauit, omniaq. Pontifici ablata restituit. Quapropter diademate imperiali ab eo redemptus, et uetus inuicendi Principis mos iam exolescens, denuo reuoluitur. Verum non diu post Imp. in Germaniam redeunte, contra sacramenti fidem, Albertum rebellem Imp. sibi conciliatum suscepit, ac Imp. rebelare fecit, quod audiens Otho, festinans Romam ex Germania uenit. Pontifici timore perterritus, fuga elabitur qui ab Imp. euocatus, quum uenire contempsisset, congregata Romae Synodo, Episcoporum iudicio Pontificalis ei abrogatus est, multis et maximis criminibus damnatus, die Iduum Decembris.

Anno Domini natiuitatis eorum cccxxii. Pontificalis eius anno seph. mo. mense xi. et die iiii. in cuius locum solius Synodi.

Card. Cleri S. P. R. consensu successus est
Venerabilis uir Leo S. R. E. Prothosperi:

maxig

LEO VIII.





LEO VIII. natione Italus. patria Romanus. ex patre Joanne Protbascriuario
S. Sedis Apostolicę. S. R. E. Protbascriuario. Imp. Ces. Othone magno Augus.
Sedit in Petri cathedra annum unum. menses tres. dies quinq. creatus in con.
cilio. Roma iussu Othonis Imp. congregato. abrogato Joanne Apostata. viro
Diabolico die Iduum Decembris. Hic recedente Imp. quorundam meretriciu
factione nonnullos ciues seditionos ad hoc impellentium. rebe pulsus est. ac
Joannes Apostata olim depositus. receptus. Qui non longe post pessime vita
finiuit. pridie idus Maij. quum denus Pontificatum Rom. per menses tres
et dies viginti fadasset. Anno CCCCXIII. eiq. ab eius partii fautoribus Benedic.
tus Diaconus successus est. Quo. ab Imp. capto atq. privato. Leo VIII. sanctiss.
vix sue sedi restitutus est. qui harum seditionum Romanorum et leuitatu
pferus. omnem eligendi Rom. Pont. auctoritatem a Clero P. S. R. ad Imper.
Synodo habita transfudit. Hadrianum I. imitatus. qui id quoq. Carolo ma.
gno Francorum regi concessit. Post hac autem non longe post in pace migra.
uit ad Christum. die XVI. Cal. Aprilis. anno Domini CCCCXV. Cadaver eiq.
in Basilica S. Petri sepultum est. Vacauit Rom. sedes menses VI.
et dies XV. dum pro noui Pont. electione nuncij ad Imp.
in Germaniam directi. reuerteren.

fuz.

BENEDICTVS V.



BENEDICTVS V. natione Romanus. ex S. R. E. Diacono Card. in schismate contra
Leonem VIII. a PP. Joannis XII. mortui fautoribus electus sedit mensem unum
et dies XI. creatus Roma die obitus PP. Joannis XII. hęc hic est. pridie Maij.
coactus ab Imp. Ces. Othone Aug. qui cu maximo exercitu ad urbem uenerat.

117
 abdicavit die viii. Calend. Julij. Anno eodem cccxxiii. et Leo viii. Pontifex ma-
 ximus suam sedem recepit. *recede*

SCHISMA x. in Ecclesia Romana inter Leonem viii. et
 Benedictum quintum.

IOANNES XIII.



IOANNES XIII. natione Italus, patria Romanus, ex patre Joanne Episcopo,
 iussu Imp. Othonis primo a Clero S. P. Q. R. quum esset Episcopus Narziensis
 Romanus Pont. creatus est, die vi. Nonas Octobris. sedit in Petri cathedra sub
 eodem, et filio eius Othone ii. Augg. annos vi. menses xi. et dies v. Hic Pont.
 factus, quum statim maiores Rom. elationi animo (quam oporteret) insegue-
 retur, eos brevi infestos et inimicissimos sibi reddidit. Quamobrem ab urbis
 prefecto, et quodam Rosredo Campanie comite comprehensus, Urbe exactus
 est, et in Campania custodiae mancipatus. Hoc audiens Imp. Otto in Italia
 uenit. Et quum ad urbem applicuisset, timens prefectus Imp. aufugit. Imp.
 uero ex maioribus Ciuibus qui auctores seditionis contra PP. Joannem fue-
 rant capiens, omnes saqueo necauit, et PP. Joannem suae sedi restituit. In
 de Synodo habita PP. Joanni xiii. Urbem et Hexarchatum Rauennae,
 (quae Roman. Ecclesiae ablata fuerant) denuo reddidit. Quibus actis Pa-
 pa cum gaudio in urbem reuersus est, Petrumq. prefectum Urbis captum, om-
 nium malorum originem, diu cum ignominia per publica urbis loca trahi fecit,
 ac uixis cedi. postmodum in exilium misit, Vltus igitur Papa omnes iniuri-
 as sibi illatas, na longe post mortuus est. Cadauer eius in Basilica S. Petri
 sepultum est. anno Domini cccxxii. Vacauit Rom. sedes dies xiiii.

CXXXVI.



BENEDICTVS VI.



C. XXXVII.



BENEDICTVS VI. natione Italus, patria Romanus, ex patre Hiltibrando Imp. Cas. Othone iuniore Aug. Sedit in Petri cathedra annum 1. menses vi. creatus xii. Calend. Octobr. Hic a Cynthio quodam Theodori filio comprehensus in Hadriani mole reclusus auctore Francone qui ei in Pontificatu successit, strangulatus est xiiii. Cal. Aprilis. Anno Domini ccc. lxxiii. Vacauit sedes dies x. Eius cadaver in Basilica S. Petri sepultum est. De tanta iniuria nullam sumptam esse uindictam uel a ciuibus aduersa factio- nis, uel ab Imp. Othone Aug. non possum non admirari, praesertim quia Otho ipse uir optimus sit habitus, et Ecclesiae Roman. defensor acerrimus. Sed forte talia fuerunt Benedicti PP. merita, quale praemium ab ini- stio consequutus est. Verisimile est Othonem hunc iuni- orem, et iam Imp. nouum tantam rem ani- maduertere non potuis- se.

BONIFACIUS VII.



Bonif.

119
BONIFACIUS VII. natione Romanus, prius Franco nuncupatus, Ferucij filij,
 S. R. E. Diaconus, Cardinalis. Sedit Imperator Offone iunioris Augusti, annum unum, mense
 unum, et dies xii. creatus occiso Benedicto vi. pridie Calend. Aprilis. Huius
 fraude et dolo Benedictus PP. vi. a Cynthis captus est, ac strangulatus.
 Quo mortuo, quum Apostolicam sedem per annum et mensem inuasisset
 coactus a Benedicto vii. (qui tunc magne exsultationis Cardinalis in urbe
 habebatur) abdicauit, et magno assumpto thesauro, omnes ecclesias or-
 namentis suis expoliatis, Constantinopolim fugit Die v. Idus
 Maij. Anno Dominica Natiuitatis 1013. Vacauit
 eo fugato, sedes uiginti dies, dum successor que-
 ritur.



BENEDICTVS VII.



BENEDICTVS VII. natione Italus, patria Romanus, Deus dedit filius
 Episcopus Sutrinus, pulso atq. in exilium acto, cum socijs eius factionis
 Bonifacio vii. sedit Imperator Cas. Offone iunioris Augusti, in Petri cathedra an-
 nos ix. mensem unum, dies xii. creatus omnium suffragijs vii. Calend.
 Junij. Hic Pontifex magni animi et spiritus uix fuit. Pulso enim Francone,
 sedis Apostolice inuasore Pontifex, creatus est, statimq. animum ad componen-
 das Ecclesie Rom. mores iam labefactos, conuenit. Monasteria multa a
 solo uel restituit, uel fundauit, interq. monasterium S. Crucis in Hierusa-
 lem, Non longe uero post plenus bonis operibus Roma mortuus est, Id.
 Julij, anno 1018. Cadauer eius in Basilica S. Crucis in Hiernuale
 sepultum est, Vacauit S. Romana sedes dies tantum quinque



JOANNES XIII.



CL.



JOANNES XIII. Cuius et Episcopus Papiensis, natione Insubor, Imp. Cæs. Othone III. Aug. sedit in Petri cathedra menses VIII. et dies II. Hic a Bonifacio VII. (Constantinopoli audita Benedicti VII. morte) Romam reverso, adnitentibus propinquis suis Civibus Rom. captus in mole Hadriani, et in publica custodia, inclusus est. Vbi tam diu pedore carceris, mediâ, et animi molestia maceratus est, quoad vitam turpiter finiret. Nec desunt qui scribant eum Bonifacii ipsius iussu, quum per aliquod dies in mole detentus esset, necatum fuisse. Utinam est, satis constat eum in carcere mortuum fuisse. XVII. Calend. Aprilis. Cadaverq; eius in Basilica S. Petri sepultum, anno Domini 1001. XXXV. Non uacavit sedes. Nam eo in carcereposito: re.

BONIFACIUS VII.

CLL.



BONIFACIUS VII. Franco, Ferucij filius, primum appellatus, iterum Pontificatum Roman. ui obtinuit, menses IIII. et dies VI. a die abrogationis Joannis XIII. uidelicet a Calendis Aprilis ad diem XII. Calendas Augusti, eiusdem anni 1001. XXXV. quo mortuus est, et Cadaver Laterani sepultus. Hic tanto odio ab omnibus propter tot sceleva prosequutus est, ut eius cadaver lanceis et gladijs perforatum unco per totam Urbem traxerint, donec proiectum in campo Lateranen. Clerici eius Ecclesie die sequenti misericordia commoti, sepeliverint. reeeee...
SCHISMA XI. in Ecclesia Romana inter Joannem XIII. et Franconem.

Joann.

IOANNES XV.



IOANNES XV. natione Italus, patria Romanus, Leonis presbyteri filius,
 de uico dicto Gallinæ Albæ. Imp. Cas. Othone III. Aug. sedit in Petri ca-
 thedra annos IX. menses septem, et dies X. creatus Calendis Augusti. Hic
 Pontificatum adeptus, miro odio in Clericos exarsit, unde merito, et ab
 ipsis odio habitus est, maxime uero quod humana diuinæq; omnia coapa-
 his, et affinis suis elargiebatur, posthabito Dei honore, et Romane
 sedis dignitate; quem errorem ita post se tradidit, ut ad nostram quor-
 atatem puenerit, qua quidem consuetudine nihil certe perniciosum dici
 potest, quum non ob religionem et Dei cultum appetere Pontificatum nos-
 tri Sacerdotes uideantur, sed ut fratrum nepotum, familiarumq; inglu-
 uem, et auaritiã expleant. Mortuus uero est hic Papa
 die VI. Idus Martij. Anno Domini natuitalis
 cccxv. Cadauer in Basilica S. Petri se-
 pulchrum est. Vacauit sedes dies VII.

CII.



IOANNES XVI.





JOANNES XVI. natione Italus, patria Romanus, ex patre Roberto, Imp. Cas. Otho-
ne III. Aug. Sedit in Petri cathedra menses III. dies VI. creatus XV. Calendas
Aprilis. Fuit hic Joannes uix multae doctrinae, ut qui multa quidem, et ele-
gantex ediderit. Agitatus deinde seditionibus à Crescentio Cos. Rom. Imp.
Vrbis sibi uendicare conanti, cupiditati hominis cadens, exulatum in Tus-
cos abiit. Crescentius uero Pont. indignatione cognita percussus, et ueritus
ne Othone cum Exercitu in Italiam reuocaret, ipsius Pont. cognatos et
amicos qui in urbe remanserant rogatum ad hominem misit, ut omnia
Othonis accersendi cura, ad Urbem cum potestate rediret, polliceturque
se in omnibus rebus ei obtemperaturum. Precibus uero suorum motus Jo-
annes, ueritus est, ne, si Otho cum exercitu Italiam inuaderetur, plus ma-
lesicij quam malesicij secum adferret, ad urbem ueniens, prodeuntes obuiam
Crescentis cum omnibus Magistratibus, et urbana multitudine, in adē Late-
ranen. magno cum comitatu introducit, cuius in Vestibulo Crescentis
et omnes seditionis auctores petita uenia pedes exosculati sunt. Otho in-
terim in Italiam euocatus Romam aduenit, quo tempore Pont. graui
infirmirate mortuus est, die IX. Calendas Julij. Anno Do-

mini CCXXV. Othone in Vrbe existente. Cadaver

eius in Basilica S. Petri sepultum est.

Non uacauit sedes.

GREGORIUS.



GREGORIUS V. prius appellatus Bruno, natione Germanus, provincia Saxo-
nia. Regis Francorum regum genere oriundus, patre Othone matre Juditha

ac Imp. Othonis iiii. affinis, eius iussu à Clero S. P. R. electus in Papam ^{123.} die
 obitus Joannis xvi. sedit in Petri cathedra menses vii. dies xxv. Hic Pont.
 propter largas elemosinas et alia bona quibus claruit, Alindus Gregorius
 appellatus est. Abente autem ex urbe Imp. Othone, seditionibus Romanis
 rum, et praesertim Crescentij cas. exagitatus, in Germaniam profectus
 est. Quo tempore Crescentius ex Romanorum consensu Joannem quendam
 natione Graecum Episcopum Placentinum, non minus pecuniosum quam
 doctum Pontificem creauit. Cuius nomen inter Pontif. suppressit, tan-
 quam minus legitime creati, licet quidam eum xvii. uocent, Quod Cleri
 pop. que Rom. consensu (ad quos electio spectabat) Pontificatum imi-
 set. Hoc audiens Imp. Otho iii. cum maximo exercitu in Italiam ue-
 nit. Urbem Romam capit, Crescentiumq. necat, ac Joannem oculis pri-
 uatum in Exilium in Germaniam misit. In pristinam igitur sedem
 Gregorius xi. a quo exactus fuerat, mense res titutus, Othonem Imperato-
 rem beneficij memor inictum diademate Imperiali redimuit, ac Augus-
 tum appellauit. Non longe autem post bonis operibus plenus Roma,
 mortuus est die xii. Cal. Martij. Anno Domini cccxxviii. Cadaver
 eius in Basilica S. Petri iuxta corpus beati Gregorij I. se-
 pulchrum est. Vacauit sedes Romana, menses
 viii. et dies x.

IOANNES XVII.



IOANNES natione Graecus, ex Episcopo Placentino Crescentij et Romano-
 rum studiis in schismate contra Gregorium v. creatus, sedit circiter mense



CLV.

decem, quos pecunia corrupisse ferebatur. Otto uero Gregorij iniuriam ul-
 tixus magno collecto exercitu ad urbem properat, eamq; ualida cinctam
 diu obsedit. Quumque Pop. Rom. Imp. impetum ferre non possent, por-
 tas Urbis ei aperuerunt. Crescentius uero et Joannes in moles Hadriani
 a se prius munitam conscendunt. Hinc est, quod ea moles aliquando
 Castrum Crescentij appellatum est, ubi dum acriter obsiderentur, propo-
 sita spe uenia in manus Hostium se dedunt, ex his Crescentius statim
 occisus, Joannes uero exoculatus in exilium in Germaniam actus est,
 ubi non longe post dolore confectus decessit. Huius quoniam ui, et contra
 Canones Pontificatum Romanum inuasis, in nominis numero ratio ha-
 bita non est a tribus Pontificibus successoribus, qui Joannis
 nomen habuerunt, nec in numero Romanorum Pontifi-
 cum receptus est.

SCHISMA XII. in Ecclesia Romana inter Gregorium
 V. et Joannem XVII.

SILVESTER II.



CLVI.



SILVESTER II. natione Gallus, provincia Aquitania professione
 Monachus Benedictinus. ante Gerbertus appellatus, iussu Imp. Otto-
 nis III. PP. a Clero S. P. Q. R. creatus est. die Calendas Nouembris.
 Sedit sub eodem Imp. Annos III. menses VI. dies XII. Hunc malis ar-
 tibus adeptum fuisse Pontificatum scribunt. Hic enim adolescens, et
 monachus factus relicto Monasterio Diabolum (cui se totum tradi-
 derat) sequutus est. Hispaniam uero in Hispaniam ueniens, bonarum
 artium

125.

artium discendarum causa, adeo profecit, ut breui ex discipulo optimus praeciper euaserit. Maximusq; discipulos habuit, Othone[m] post[er]ea Imper[ator] Robertum Francorum regem, et Lotharium nobilissimum ducem, qui postea factus est Archiepiscopus Senonensis. Gerebertus autem ambitione, et diabolica domi[n]andi cupiditate impulsus, largitione primo Archiepiscopatum Remen, adeptus, inde Rauennatem, Pontificatum postremo maiore conatu adiuuante Diabolo, per uiam Othonis Imp[er]atoris consequutus est, hac tamen lege, ut post mortem totus illius esset, cuius fraudibus tantam dignitatem adeptus erat. Nam cum regnandi cupidus Gerebertus seiscitaretur Diabolum, quam diu in Pontificatu uicturus esset, respondit (ut solet) ambigue, si non attigeris Hierusalem, diu uiues. Dum autem die iiii. Idus Maij. Anno Domini cccxii. indictione prima in Basilica S. crucis in Hierusalem sacra faceret, fato moriturum se statim cognouit. Unde penitentia motus statim coram omni populo omnia fassus est, et penitentia ductus Deum, ut sibi parceret, implorare non desinit. Demum moriens corpus suum bigne super imponi iussit, eoque loci sepeliri, quo sponte ab equis uectum foret. Forunt equos ipsos Dei nutu, et prouidentia (ut scelerati sciunt apud Deum locum ueniae sibi relictum esse, quoties penitentem in uita) sponte ad Lateranensem Basilicam peruenisse, in qua corpus eius sepultum est marmoreo (quod adhuc extat) sepulchro, cum Elogio uulgarum rerum continente, qua omnia sicta esse libenter existimantur. Vacauit S. Romana sedes dies

uiginti quatuor.

IOANNES. XVII.



CLVII.

126.



IOANNES XVII. (nam eius qui in schismate cum Gregorio v. creatus fuit
 ratis habito non est in nominis numero.) natione Italus, patria Roman.
 uico Tibertica ignobilissimus, cognomine Sico, Imp. Cæs. Henrico II. Aug.
 Sedit menses v. et dies xxvi. ob eius Pontificatus breuitatem nihil ab
 eo, uel à quopiam alio memoria dignum gestum fuisse scribitur ni-
 si quod illo semestri Pontificatu multa prodigia apparuerunt futura ma-
 la indicantia. Visus est Cometes, et terra motu multæ vias concussa.
 Obijt post hæc Papa Ioannes xvii. Romæ, pridie Calendas Nouembre.
 Anno Domini cccii. Sepultum Cadauer in Ecclesia S. Sa-
 bing in monte Auentino. Vacauit sedes Romana
 dies decem et nouem.

IOANNES XVIII.



CLVIII.



IOANNES XVIII. cognomento Pisanus, natione Italus, patria Romanus
 Imp. Cæs. Henrico iunioris Aug. Sedit in Petri cathedra annos v. menses
 vii. dies iii. creatus xiiii. Calend. Ianuarij. Hic Pontificatum imens,
 ad oculum conuersus, nil dignum memoria genuit, quod maxime lauda-
 ri possit. Aliquot Ecclesias præ uetus tate corruentes cum reparasse,
 quidam scribunt. Monachorum et præcipue Cassinensium quibus mul-
 ta priuilegia concessit, maximus amator. Mortuus est
 Romæ xii. Calendas Augusti. Anno cccviii.
 Cadauer in Basilica S. Petri sepultus,
 Vacauit S. Rom. sedes di-
 es xxx.

Sergius

SERGIUS III.



SERGIUS III. natione Italus, patria Romanus, ex patre Martino, Imper.
 Cas. Henrico II. Aug. Sedit in Petri cathedra annos II. menses IX. et die-
 es XII. Cal. septemb. creatus est. Hic Pont. uix sanctus, uita gratq;
 consuetudinis tam ante Pontificatum, quam in ipso magistratu fuit,
 in pauperes liberalis, in amicos et familiares iucundus, in delinque-
 tes clemens, in contumaces modestus. Tanta praeterea prudentia fuit,
 ut toto suo Pontificatu nil commissum sit, quo merito reprehendi qu-
 bernantis negligentia possit. In Deum enim mentem omnem coniec-
 tens (Quod facere Pontifices omnes deberent) iuste atq; integre om-
 nia, ex animi sui sententia bene natura et moribus instituti guberna-
 bat. Interea uero huius Consilio ac monitionibus Principes Italiae compo-
 sito fœdere, consilia inuenti pellendi Saracenos ex Sicilia insula, quam p-
 multos annos detinuerant quod et factum est auctoribus expeditionis
 Guisbelmo Ferobrach, et fratribus Tancredi magni Germanorum Ducis
 filijs, ac Molocho Duce Graeciani exercitus pro Imp. Con-

CLIX.



S. Constantinopolitans. Interim uix uenerabilis P. P.

Sergius III. Roma mortuus est 7 die

Calendarum Junij. Anno

Dominica natiui.

fatis 00.

XII.

Vacauit eo mortuo tum Romana sedes dies

de 10.

BENEDICTVS VIII.



CLX.



BENEDICTVS VIII. natione Italus, patria Tusculanus, ex Gregorio
 patre nobili ac uetusta familia oriundus. Imp. Cas. Henrico II. Augus.
 Sedit in Petri cathedra annos XI. menses X. et dies XXI. creatus III.
 Idus Iunias. Hic Henricum Imp. Imperiali diademate insigniuit Ro.
 ma, in Basilica S. Petri, quem in omnibus rebus defensorem habuit.
 Quo postmodum mortuo Benedictus ipse XIII. per seditionem alio in
 eius locum successore, Urbe expellitur. Verum non longe post iuncta cum
 minimis suis concordia, pulso adulterino Pont. in Vrbem cum dignita.
 te rediens, moritur pridie Calendas Maij. Anno Domini MCCCIII. Ca.
 lauer eius in Basilica S. Petri sepultum est. Non uacauit
 eo mortuo sancta Romana sedes, nam & talim
 in eius locum Ioannes frater eius
 Pontifex Romanus suc.
 tus est.

IOANNES XIX.



Ioann.

129

CLXI.

JOANNES XIX natione Italus patria Tusculanus, ex patre Gregorio Benedic-
 ti superioris Papa frater germanus. Imp. Cas. Conrado Aug. sedit in Petri
 cathedra annos octo, menses vii. et dies ix. creatus pridie Calend. Mayj
 Pont. Rom. quum esset S. R. E. Episcopus Card. Tortunen. Hic PP. Con-
 radum Imp. benedictione imperiali Aug. appellavit, qui Romanos mi-
 nis terruit, Joannem Pont. infestantes, exitium quoq. interminatus,
 nisi a vexando Pont. quiescerent. De eo praterea nihil memoria dignu
 habetur. Moxtus est Roma die vi. Idus Decembris Anno Domini.
 cxxxii. Cadaver in Basilica S. Petri sepultum est. Vaca-
 vit S. Roman. sedes dies duos.



BENEDICTVS IX.



BENEDICTVS IX. pius Theophilactus appellatus, natione Italus, patria
 Tusculanus, ex patre Alberto Benedicti viii. ac Joann. xix. Rom. Pont.
 ex tertio eor. fratre Alberto nepos, Imp. Cas. Conrado Aug. Sedit ann.
 xii. menses iiii. et dies xx. creatus iii. Id. Decembris. Fuit hic Pont. homo
 ignavus et nullius precij, ambitione, largitione, affinium potentia, et du-
 orum Pontificum patruorum suorum auctoritate magis quam quod
 dignus tanto magis tratu esset, Pont. factus qui quum indies modo
 hunc, modo illum Romanos vexaret, tandem facta multorum conspira-
 tione, post longam patienter latam huius Pont. ignaviam, sede sua
 pulsus est. Anno Domini cxxv. et eo die xiii. Calendas Februarij Joa-
 nes Episcopus Sabinen. in eius locum Rom. Pont. factus, Silvester iii.
 appellatus est. Benedictus autem collecta hominum aqvies tium et amicor.

CLXII.



ex Tusculo multitudine Romam ueniens diuersum ex Patriarchis Lateranen. possit, demumq; sua sede positus, qui ad S. Petrum ueniens, Episcopium illud ui tenuit. Interim Benedictus Pontificatu recepto quum cerneret se iterum eadem discrimina subiturum, Joannem presb. Cardinalem ff. S. Joannis ante Portam Latinam in coadiutorem prius assumit, moxq; accepta pecunia mille librarum Turonem, ei Pontificatus iura nomine Pontificali tantum retento concessit, atq; Patriarchium, quod erat apud S. Alariam maiorem incolendum tradidit, ipse in Patriarchis Lateranen. permanens suas uoluptates et delicias expleturus. Hanc ob rem merito ab omnibus Benedictus ipse accusatus est, et iudicio diuino damnatus. Constat enim simulacrum eius admodum monstruosum cuiusdam apparuisse interrogatumq; quod illa horrida imago praeserret, quum antea Pontif. fuisset. Quia (inquit) in uita sine lege et ratione uixi, ideo Deo, et Petro uolentibus cuius sedem tot probris inquinaui, simulacrum meum plus feritatis quam humanitatis in se habet.

SILVESTER. III.

CLXIII.



SILVESTER III. natione Italus, patria Romanus, ex Episcopo Sabinen. in Schismate pulso Benedicto, quorundam Romanorum stultis creatus sedit dies XLIX. sine impedimento, prius Joannes appellatus. Hic Patriarchium Lateranen. tenens a Benedicto pulsus Basilicam et Palatium S. Petri occupauit, atq; armis aliquo tempore tenuit, Pontificatus nihilominus Iuxa exercens.

GREGORIVS VI.



Grego.



GREGORIUS VI. natione Romanus S. R. E. Presb. Card. Sic ante uoca-
 batur Gratianus, uir bonus et venerabilis, qui Romane Urbis statum mise-
 ritus, quum tres inuasores uidelicet, Benedictus Laterani, Joannes apud
 S. Mariam maiorem, et Siluester apud S. Petrum sedem Apostolicam
 sedarent, atq; ad maioris miserie cumulum flagitiosissimam uitam et om-
 nibus prebris contaminatam ducerent, Zelus pietatis ductus, omnis treis
 adijt, eosq; a sancta sede cadere pecunia persuasit, Benedicto redditibus
 Anglie, quia maioris auctoritatis uidebatur esse, relicto. Ob hac d' cu-
 eto Clero S. P. R. utinquam Ecclesie Dei liberator die Calend.
 Maij Pont. max. factus est, ac Gregorius appellatus. Sedijt in Petri ca-
 thedra annum unum et menses septem, et dies XXI. Imp. Henrico III Aug.
 Qui his auditis expeditionem in Italiam mouit, ac ad Urbem properans
 Sutrium uenit, ubi Gregorius Pont. ipsi occurrit, ibiq; congregata Synodus
 Imp. Henricus Gregorium Papam Pontificatu deiecit priuauit hanc
 Synodiaca pretextu, die xiii. Calend. Ianuarij, Anno Domini M. C. LVI. fa-
 quam in exilium in Germaniam misit. Cui Suidogorum Bambergense
 Episcopum Clementem u. appellatum omnium consensu substituit, omnesque
 tam Clericos quam Romanos in uerba sua iurare coegit, se Pont. nun-
 quam electuros, nisi quem ipse dedisset. Videbat enim Imp. eo licentie
 factiosum quemq; et potentem quamuis ignobilem deuenisse, ut omnium
 suffragijs corruptis tantam dignitatem consequi auderet, quae nisi sanc-
 tissimis hominibus demandari deberet. Quid autem Benedicto viii. acci-
 deret, paulo post explicabo. Quid uero Syluestro ac Joanni euenerit, in
 certum. Credibile est Siluestrum ad suum Episcopatu,

Joannem uero ad suum titulum redijse. Gratianu
 uero Alpes transcurrentem sequutum
 fuisse tradunt Hilsbrandum, qui
 post Papa Gregorius
 septimus fuit.

sic ob eius memoriam se appellans. Demum Pontifex
 Romanus factus muta sup hac re fe-
 cit, de quibus suo loco. 20000



CLXV.



CLEMENS II. Suidexerus, qui sexto iam anno Bambergens. regabat Eccle-
siam, natione Germanus, Henrici III. Imp. Cancellarius, a hisquin obscuris
natus parentibus: Sueni, ex Synodi ibidem congregatae ab eodem Henrico
sententia: abrogata tanquam Symoniaci Gregorius VI. Imp. iussu, a Cardin.
Clero S. P. Q. R. qui eodem conuenerant, die xxii. Cal. Ianuarij, Pontifex
Max. creatus est. Henricus enim in ea Synodo primis Roma, deinde post
acceptum imperij diadema, Romanos in uerba sua iurare coegit. Pont.
Rom. se neminem accepturos, ac consecratos nisi quem ipse dedisset. Vi-
debat enim Imp. factissimum quemq; et potentem, quamuis insignibilem, eo licen-
tia deuenisse, ut corruptis suffragijs tantam dignitatem consequeretur, que
certo nisi seueritate, et doctrina benemeritis, uolente Deo demandari cui-
piam non deberet. Simul quoque hoc Romanorum sacramento. Imp. iura-
q; in electione Rom. Pont. ac depositione sedis Apostolicę habebat conces-
sa ab Hadriano primo. Carolo Magno. et a Leone VIII. Ottoni I. recu-
perauit. Clemens uero PP. statim creatus, sedit in Apostolica sede menses
ix. et dies xvi. Hic nonnullis creauit Cardinales. Anno Dominica,
natiuitatis cccxvii. die vii. Idus Octobr. PP. Clemens v. Romę mortuus
est uenens (ut quidam dicunt) sublatus. Cadauer Bambergam ad
Episcopatum suum relatum, Vacauit eo mortuus sedes Rom. menses ix
et dies septem. Quo tempore Benedictus ix. Tusculanus, iam Pontificatu
exactus, iterum in Urbem ueniens, Pontificatum ui tenuit menses oc-
to et dies ix. uidelicet a die v. Idus Nouembris, usq; ad xv. Cal. Augus.
Quo die, quum ab Imp. electus in Urbem pro consecratione aduenis-
set, abdicauit dignitatem, et Pontifex factus est.

Damasc.

DAMASVS.



DAMASVS. Poppus Bagnarij, Bagnarij filius, Germanus, ex Bauaria oriundus, homo ignobilis, uix alioquin et uersutus, et astutus, Episc. Brixie. et Patriarcha Aquilegien. Clementi II. Saxoni successit. Mortuus enim Clemente II. statim Clerus P. O. R. iuxta sacramenti fidem Legatos ad Imp. Henricum III. in Germaniam miserunt, qui eis Pont. eligeret, electu pro consecratione Romam mitteret. Imp. uero hunc Popponem elegit, qui Romam ueniens pulso Benedicto IX. Sedis Apostolicę inuasore. Pontif. Roman. a Cardinalibus, Clero S. P. O. R. salutatus, ac consecratus. Sedis autem tantum dies xxiii. Hic nullos creauit Cardinales. Anno Domini M. C. LVIII. vi. Idus Aug. Praeneste (quo se animi recreandi causa contulerat) PP. Damasus II. mortuus est, ueneno potioneatus, quod contra Cleri et Pop. Rom. uoluntatem, uerum Imp. ui creatus esset. Cade uer Romam relatum, in Basilica S. Laurentij extra muros sepultum, est. Vacauit S. Romana sedes menses vi. et dies xxiiii. donec Romae Legati ad Imp. in Germaniam euntes nouum Pont. eligi procurassent ab Imp. quod factum est. Interim Benedictus IX. qui et Theophilactus iterum et III. Pontificatu priuatus Romanam sedem quarto inuasit, eamq. bonis omnibus reclamantibus menses aliquot ui tenuit, donec ab Imp. nouus electus transmissus esset ex Germania Bruno, Francus, Tul. len. in Leucis Episcopus, Leo IX appellatus. Quo in urbem ueniente Benedictus inuasam sedem relinquere coactus est, atq. omnium consensu et uoluntate Rom. Pont. ab Imp. electus primo ipse obtinuit.



CLXVII.



LEO IX. Bruno Francus, nobili Comitum de Dagspurgo genere, ex Alsacia Ger-
 mania prouincia oriundus, doctrina et religione et uita sanctimonia insignis.
 Hic ante Romanum Pontificatum Tullen' in Leucis Epis. fuit. qui mortuus
 apud Prænes seu predecessore suo Damaso II. ab Imp. Cas. Henrico III.
 in Pont. Rom. designatus, Romam consecrandus missus est, ubi omnium
 Cardinalium suffragiis pridie Idus Febr. Roma in Basilica S. Petri
 in Pont. max. susceptus ab Episcopis Cardinalibus consecratus, et corona-
 tus est. Sedit in cathedra S. Petri annos V. menses II. dies VIII. Anno
 Domini MCLVI. die xxiii. Calend. Maij, reliquissus PP. Leo IX. Roma in
 Palatio Apostolico Lateranen. mortuus est. Cadaver eius in Basilica
 S. Petri sepultum est, quod miraculis claruisse fertur. Quo mortuo ua-
 cauit S. Rom. sedes, menses XXI. et dies XXI. dum Legati Romani
 ad Imp. in Germaniam pro nouo Pont. adipiscendo, quorum caput
 erat Hiltprandus, Monachus, S. R. E. subdiaconus et deconsensus perge-
 rent. Hic aliquot ordinationibus XXI. Cardinales creasse reperitur, uideli-
 cet Episcopos III. presb. V. et Diaconos II. Mortuus PP. Leone IX. Be-
 nedictus IX. qui et Theophilactus, Romanam sedem te-
 nuit VI. fere menses undecim, donec ab Imp.
 nouus electus Victor II. trans-
 missus Roma uenis-
 set. Nam
 paulo post mortuus est, et in Ba-
 silica S. Petri sepultus.

Victor

VICTOR II.



VICTOR II. Geberhardus, natione Germanus, provincia Suevia, de nobilissima Comitum à Kalze familia, ac prosapia natus, Epis. Eystathien. in Bauaria Imp. Henrici à Consilijs diuinarum humanarumq. rerum peritissimus: mortuus PP. Leone IX. quum Card. Clerus S. P. O. R. iuxta fidem et iusiurandum Imp. Henrico (vt supra uisum est) data, Hiltprandum Monachum S. R. E. Oeconomum et Subdiaconum, uirum sagacissimum pro nouo Pont. petendo in Germaniam misissent ad Imp. eiusdem Hiltprandi petitione et Imp. uoluntate in Rom. Pont. electus est, ac Romam ueniens die Iduum Aprilis, anno ab obitu PP. Leonis XI. fere transacto, de consensu et uoluntate Cardinalium, Cleri Pop. que Rom. solemniter apud S. Petrum in Apostolica sede inthronizatus est, in qua sedit annos II. menses III. et dies XXIII. ab eius uidelicet coronatione. Hic unum tantum Cardinalem creauit. Anno Domini MCLVII. die VII. Calend. Augusti PP. Victor II. Florentie mortuus est. Eius cadauer in Ecclesia cathedrali Florentina sepultum est. Vacauit sedes dies VI.

CLXVIII.



STEPHANVS IX.





STEPHANVS 1X. Fridericus, de nobilissima domo Ducu' Lotbaringis frater, regis
 genere Francorum regum oriundus, natione Gallus, liberalibus disciplinis a pu-
 ero instructus, et Ecclesiis fidei obsequijs traditus. Primo enim Canonicus apud
 Ecclesiam S. Lamperti in Lotbaringia factus est, mox a beato PP. Leone
 1X. Diac. Card. et Apostolica sedis Cancellarius creatus, Constantinopolim
 de latere cum Huberto Episcopo Syluae candidè missus, Graecorum errores
 confutauit. Deinde in urbem reuersus, mortuo PP. Leone 1X. ad monaste-
 rium Cassinen. profectus est, ubi sumpto (quem a pueris semper amauit)
 religionis sancti Benedicti habitu, ibide' Sanctiss: p aliquod tempus uita
 transegit. Biennio autem ab eius ingressu uix exacto, Abbas Cassinen.
 omnium Monachorum consensu designatus, pro consecratione autem (ut
 mos erat) ad Roma. Pont. Victorem 11. qui tum Florentie commorabatur,
 ueniens, ab eo non solum in Abbatem Cassinen. est consecratus, uerum chi-
 am presbyter Card. in tt. S. Crisogoni ordinatus est. Quo ad monas-
 terium suum Cassinen. profecturus, discedens, quum Romam uenisset Sta-
 tim obitus PP. Victoris 11. nunciatus est. Quapropter die sexto uacantis
 sedis die, non expectata (ut mos insoleuerat) Imp. electione (Henricus. IV.
 111. qui sibi Romanum Pont. creandum ius uendicauerat, paulo ante
 mortuus erat, et eius filius Henricus 111. Imp. successor, uix septennis erat,
 Cardinalium tantum Romae exisistentium, Cleri et Pop. Rom. suffragijs Romae
 1111. Nonas Augusti Pont. max. pronuntiatus est, Stephanusq. 1X. ideo
 appellatus, quod die electionis eius S. Stephani Papae et martyris sole-
 nitas ab ecclesia collebatur. sedit autem in Apostolica sede tantum men-
 ses vii. et dies xxviii. Hic una creatione vi. Cardinales creauit, Epis-
 copum unum, presbyteros tres et Diaconos duos. Anno Domini 1028. die
 1111. Calend. Aprilis Florentie mortuus est PP. Stephanus 1X. Cuius
 Cadauer in Ecclesia Cathedrali Florentina sepultum est.
 Vacauit eo mortuo S. Romana sedes dies xiii.



BENEDICTVS X.

BENEDICTVS X. Ioannes Minicius natione Romanus, ex patre Guidone
 Veliternus Episcopus, ex qua urbe oriundus erat Card. a PP. Leone 1X.
 factus

factus. Hic mortuus Florentie PP. Stephano 19. textidecimo uacantis sedis die ^{137.}
 Rome sine consensu Cardinalium et Cleri, studio Gregorij Lateranen. Comi-
 tis Tusculanen. Gerardi Galeren. et aliquot Nobilium Rom. pridie Idus
 Aprilis uisente est in Apostolica sede locatus, seu potius intrusus, ac eorum
 dem Laicorum studio in Basilica Principis Apostolorum coronatus. In
 cuius electione quum ipsi nullus Cardinalium subscripsisset, imo omnes,
 qui Rome erant, Vrbe fugissent, mense decimo post (altero Cardinalium
 et Cleri suffragijs creato) Pont. maiestatem abdicare coactus est, anno
 sequenti post electionem suam, pridie Calendas Febr. quum sedisset me-
 ses nouem, et dies 22. mox a Nicolao 11. qui ei abrogato Pont. factus
 fuerat, sedi sue restitutus, remansit iterum Episcopus Card. Non uaca-
 uit sedes eo Pontificatum abdicante, nam ante eius abdicacionem creatus
 erat Papa Nicolaus 11. Obijt Ioannes Mincius olim Papa Bene-
 dictus 19. sub PP. Alexandro 11. Cuius cadauer in Ba-
 silica principis Apostolorum sepultus est.

NICOLAUS II.



NICOLAUS 11. Gerardus cognomine Borgundis, natione Allobrox, ex Epis-
 copo Florentino Senis in Tuscia Pont. Rom. auctore Histprando S. R. E.
 Archidiacono in schismate contra Benedictum 10. creatus est. Benedic-
 to enim 10. a laicis contra Cardinalium et Cleri uoluntates, et sententiam
 in Apostolica sede haud longe post obitum PP. Stephani 19. intruso,
 hoc Cardinales aigre ferentes ipsum deseruerunt, Senisq. in Tuscia co-
 uenientes, non expectata Imp. (vt mos aliquando erat) auctoritate (puer

CLXXI.



enim octo annorum tunc erat Henricus III. & ipsum, sicut et eius predecesso-
rem Stephanum IX. Pont. Romanum fecerunt. Qui statim post electionem
Romam uersus iter accipiens, Sutrii subsistit, ubi Concilio de forma electi-
onis Rom. Pont. celebrato, Benedictus sedis Apostolicę inuasor, seu conscien-
tia seu timore ductus, Papatum deposuit, libereq; sedem Nicolaus II. reliquit.
A quo quum Romam Nicolaus ipse uenisset, inter Cardinales relatus est,
ut prius erat, eius Episcopatus Veliternus relictus. Nicolaus autem II. libere
Pontificatum adeptus, sedit ab eius electione, que fuit facta Senis Calend.
Januarij MDLIX. annos II. menses VI. et dies II. Hic ordinatione vna Carthina-
les VI. ordinauit. duos Episc. duos presby. duos Diaconos. Anno Domini MDLXI.
Pontificatus anno III. die VI. Nonas Julij, PP. Nicolaus II. Romę in Patriar-
chio Lateranen. mortuus est, Cadauer in Basilica S. Petri sepultus.

Vacauit S. Romana sedes menses duos, et dies uiginti
nouem.

SCHISMA XIII. in Romana Ecclesia, inter Nicolaum II. et
Benedictum X.

ALEXANDER II.



ALEXANDER II. Anselmus, natione Insuber, patria Mediolanen. familia
Badaqia et patre Anselmo, ex Episcopo Lucensi Romę a Cardinalib. et Clero
Rom. auctoritate Hiltyrando Archidiacono inconsulto Imp. et sine eius auc-
toritate, Rom. Pont. in locum PP. Nicolai II. successus est. Mortuus enim
Nicolas II. Pontif. max. quum Card. et Clerus Urbanus de successore de-
sigendo dissentirent, nonnulli ex Clero et pop. ad Imperatorem Henricum

III. qui iam adolescebat, legatos miserunt, ut iuxta iuramentum patris sui
 in electione Clementis II. a Cardinalibus Clero P. & R. praestitum, et secundum
 Privilegia sibi a praedecessoribus et successoribus suis Rom. Imp. a sede Apos.
 tolica de eiusdem Pontificatus sedis dispositione concessa, Rom. Pont. a Cardina.
 libus consecrandum eligeret, atq; Romam mitteret, ut olim pater suus facere
 consuevit. Quod intelligens Hiltpbrandus Archidiaconus, cui iam inde a Gre.
 gorij VI. (cuius discipulus et alumnus fuerat) depositione et Clementis II.
 p. Imp. subrogatione, mirum in modum illud iuramentum Cardinalium, Cle.
 ri et Pop. Rom. Imp. praestitum et haec privilegia Imp. concessa de sancte
 sedis Apostolicae in creandis Pontificibus dispositione, displicuerunt, tanquam
 contra Canones, sancti Patrum instituta, et libertatem ecclesiarum hanc
 facta, hanc Imp. Henrici III. dispositionem praeuenit, et Cardinalibus quam
 primum Pont. Rom. eligere persuasit, ne si adhuc discordes inuenirentur,
 electum ab Imp. (quod contra Canones esse assererat, qui a manu laica Po.
 tificem quemlibet, nec dum Romanum designari prohibent) suscipere cogere.
 huc, quod et factum est. Nam antequam alterius partis Nuncij in Germa.
 niam ad Imp. uenissent, die Calendarum Octobris, communi omnium conse.
 su electus est in Rom. Pont. Alexander II. ex Lucen. Episcopo, atq; in Apos.
 tolica sede locatus. Quod audiens Imp. Henricus III. delusum se esse asserens
 simulq; iura patris sui, et praedecessoribus suis Rom. Imp. a Pont. Maximo
 concessa et a se puero fuissent in tribus iam electionibus uidelicet Stephe.
 ni IX. Nicolai II. et Alexandri II. amissa, recuperare et retinere satagens
 Ghiberto Parmensi Cancellario suo, uiro ambitiosissimo (qui hac uia ad Rom.
 Pontificatum iam aspirare coeperat) impulsore et authore, Cadolum Episc.
 pum et ciuem Parmensem, Ghiberti amicissimum in Romanu Pontificem
 contra Alexandrum II. designauit, qui ab Episcopis Lombardie Imp. adhae.
 rentibus susceptus in Apostolicam sedem consecratus est atq; coronatus. Non
 longe autem post cum armorum manu Romam ueniens Apostolicam sede
 exacto Alexandro II. recepturus, ab Alexandri II. fautoribus post nonnullas
 ambaxum partium strages demum repulsus, furpiter fugere coactus est,
 quumq; diuinum schisma no sine magno Pop. Rom. incommodo, et Chris.
 tianorum omnium scandalo aliquot annos perdurasset, tandem interuentu

Othonis Archiepiscopi Colonien. magne auctoritatis atq; existimationis uiri, con-
uentu Mantue indicto (ad quod Alexander II. accessit) sublatum est. (ad-
sus enim Parmen. in eo Concilio abdicatus, et Alexander II. in Apostolica
sede tanquam magis legitimis suffragiis creatus, confirmatus est, et sic ma-
ximum schisma Othonis Archiepiscopi Colonien. (intercedente concilio) au-
thoritate sublatum est. sedit autem Alexander II. in Apostolica sede ab
initio assumptionis sue ad Pontificatum annos XI. menses VI. et dies XXV.
Post schisma annos nouem. Hic Pont. aliquot ordinationibus XVIII. crea-
uit Cardinales Episcopos III. presbyteros X. et Diaconos III. Anno Domini
1012. die X. Calend. Mayi, Rome in Patriarchis Lateranen. mortuus est,
PP. Alexander II. Pont. sui anno IX. Cadauer in Basilica S. Sal-
uatoris marmoreo sepulchro conditum est. eo mortuo no-
uacauit sedes Romana. Nam eo die PP. creatus
est Gregorius septimus.

SCHISMA XV. in Ecclesia Romana, inter Alexandrum II. et
Cadolum.

CADOLVS.

CLXXIII.



CADOLVS Ciuis et Episcopus Parmen. in Schismate ab Henrico III. Imp. co-
tra Alexandrum II. V. Calend. Nouembris ob causam quam superius desc-
ripsimus, auctore Wicperto Rauennate. Imp. Cancellaris, creatus est Pont.
Romanus. Id enim a Wicperto Rauennate Imp. iuueni persuasum est, F.
quo sibi facilius ad Romanum Pontificatum iter pararet. Hic ab Episcopis
Lombardis, Imp. studiosis tanquam Romanus Pont. susceptus, ab eisdem
coronatus est. Verum non longe post Wicperto Parmen. Cancellaris qui
eum eligi procurauerat, et in schismate fouebat, magis tractu priuato, Otho-
neque Archiepiscopo Colonien. in eius locum Imp. Cancellaris creato, eius
opera schisma cessit. Concilio enim Mantue indicto (ad quod Alexander
II. accessit) Cadolus eo die, quo aliquot annis retrospectis in Rom. Pont.
electus fuerat, uidelicet V. Calend. Nouembris Pontificatum abdicauit.
Quo Alexander in Apostolica sede confirmatus est. Quod nomen autem
in Pontificatu suo Cadolus assumpserit, adhuc reperire no potui.

Grego.

GREGORIUS VII.



GREGORIUS VII. Hiltprandus natione Thuscus patria Soanen. ex patre Bouitho. Monachus Benedictinus, congregationis Cluniacen. Gregorij VI. PP. discipulus, et exilij eius indiuiduus comes. Quo extra montes mortuo, Cluniacum in Galliam uenit. Prior Monachorum factus est. In quo gradu dum esset, contigit Leonem IX. in Rom. Pont. ab Imp. Henrico III. electum Romamq. uenientem eo transire, qui Hiltprandum ipsum, quod in negocijs Urbani et Curia Rom. uersatissimus esset, secum ducens, Romam uenit, ipsumq. subdiaconum, mox S. R. E. Deconum ordinauit, apud quem tanta auctoritate uixit, ut nihil penitus sine eius consilio PP. Leo unquam facere uoluerit. Non minoris quoq. auctoritatis fuit apud Leonis IX. successores Victorem II. et Stephanum IX. et Nicolaum II. qui eius opera in arduis et difficillimis Ecclesie Rom. negocijs et legationibus multis usi sunt, in quibus omnibus adeo prudenter se gessit et egregie, ut maximam sibi apud omnes laudem, et famam comparauit. Quapropter a Nicolao II. qui eius precipue opera et auctoritate, abrogato PP. Benedicto X. Pont. max. creatus fuerat S. R. E. Diac. Card. et paulo post Archidiaconus factus est. Eo uero mortuo, in electione successoris sui Alexandri II. auctor fuit contra Imp. Henricum III. retinenda in electione Rom. Pont. Ecclesie, hie libertatis, quam sub Henrico III. amissam, et eo mortuo recuperatam Henricus ipse III. denus repetebat, Cadolo creato in schismate contra Alexandrum II. sine eius auctoritate electum. In quo schismate tandem ea que Hiltprandi auctoritate gesta erant, prauasuerunt ac hi ab Imp. Henrico III. Cadolo nimirum ab Imp. electo e Pontificatu reiecto. Mortuo

CLXXIV.



uerò P.P. Alexandro 11. die eius obitus, x. Cal. maij. Hiltprandus ipse Archi:
 diaconus tanquam omnium potens, et unicus Ecclesiastica libertatis assertor
 Cardinalium omnium, Cleri P. Q. R. consensu, nulla Imp. Henrici interpo-
 sita, aut expectata auctoritate, Pont. maximus pronuntiatus est. qui se
 Gregorium vii. appellari uoluit, in memoriam magistri sui Gregorij vi.
 ab Henrico iii. Pontificatu priuati, à quo tempore Ecclesia Romana ius
 suum in electione, Pont. Rom. amittere omnino cepit, quum absq; ulla Cle-
 ri et Populi Rom. auctoritate, siue uoluntate Pont. Rom. dare ad libitum
 suum cepisset Imp. Henricus, occasione huius rei sumpta à nequissimo schis-
 mate, quod eo tempore in Ecclesia Romana exortum fuerat inter heis Pont.
 qua res alius in Hiltprandi pectore incedit. Ipsi enim (in ecclesiastico
 rigore constantissime quum permaneret) sententia illa Imp. Henrici iii.
 et suorum Episcoporum, qua Gregorio vi. abdicato, Clementem ii. substi-
 tuit, et iuramenta à Cardinalibus Clero, P. Q. R. de non eligendis Rom.
 Pont. nisi quem ipse dedisset, uidenter extorta semper displicere, manifes-
 tam fore asserens ex hac re libertatis Ecclesiastica subuersionem. Quamo-
 brem ante Pontificatum dum potuit, huic consuetudini maxime aduer-
 satus est, et praesertim Henrico iii. in electionibus Stephani ix. Nicolai
 ii. et Alexandri ii. Rom. Pontificum, quos omnes sine Imp. auctoritate
 electos et consecratos constat, contra illorum temporum morem, auctore
 tantum Hiltprando. Ipse uerò iam Pont. factus nullo modo Imp. aucto-
 ritate expectare uoluit, sed consecrationem et coronationem nulla eiusdem
 Imp. habita ratione accepit. Quinimo quum priuatus multo tempore ad re-
 cuperandam Ecclesiae Rom. auctoritatem laborasset, iam Pont. factus
 ab incepto desistere indignum duxit. Quapropter primis Pontificatus sui
 annis, Concilio multorum Episcoporum et Abbatum Romae congregato
 legem tulit, qua sub Anathematis pena omnibus laicis, cuiusuis digni-
 tatis esset, omnino interdicit Ecclesiasticis sacerdotij (ut tunc dicebatur)
 inuestituram, seu (ut nunc dicitur) collationem, haud dubie Imp. Hen-
 ricum iii. et reliquos reges putans, qui omnes dignitates Ecclesiasticas
 ad libitum eorum conferbant. Henricum uerò Imp. contra facientem
 excommunicauit, atq; Imperio priuauit. Ex qua re multa in terris bella
 seditio

143.

seditiones, homicidia, et (quod perius his omnibus fuit) schisma grauissimum, orta sunt, auctore Pont. max. Imp. iussu, contra ipsum creato, uidelicet Cleme- te iii. de quo mox sus loco dicemus. Beatus autem PP. Gregorius vii. sedit in Apostolica sede a die assumptionis sue ad Pontificatum, annos xii. me- sem vnum, et dies treis. Hic aliquot ordinationibus multos Cardinales cre- auit, ex his xiiii. Episcoporum, v. Presbyterorum et totidem Diaconorum. Anno Domini cxxxv. die vii. Calendas Junij PP. Gregorius vii. Sa- lex, no in Campania, quo se furorrem Imp. Henrici iii. quem excommunica- uerat, ob ecclesiarum inuestituras declinans contulerat, mortuus est. Pon- tificatus annis tredecimo. Cadauer ibidem in ecclesiam S. Matthei que cathedra- lis est, honorifice marmoreo tumulatum sepulchro. Et mortuo uacauit S. Romana sedes annum vnum, menses quatuor et dies xxxvii. Henrico Imp. iii. et Clemente iii. a se creato in schismate sedem Rom. inuadentibus, Basilicasque vrbis ui tenentibus.

SCHISMA xvi. in Ecclesia Romana inter Gregorium iii. et Clementem ii.

CLEMENS III.

CLEMENS III. Ghibertus Clericus Parmen. uix eloquens, et satis pro fem- porum conditione literatus, sumili loco natus, uerum industria et sagaci- tate, rerumque humanarum cognitione, quibus plurimum ualuit, ad ma- ximum in ferris culmen p uariis et magnos honores ascendere nisus. Hic mortuo Henrico iii. Imperatrici Agneti eius uxori et Henrici iii. in Imp. electi matris insinuat, ab ea primo inter intimos Consiliarios adscitus, mox Imp. Cancellarius factus est. Quo munere ambitiose utens p illud ad longe- maiora uiam parare aggressus, auctor fuit suscitandi schismatis inter Ale- xandrum ii. et Cadolum Parmen. conciuem suum. Verum non longe post Imp. Agnete a Principib. Germania (et praecipue Otbone Archiepiscopo Colo- niens.) eius leuitatis peccatis, ab administracione Imp. remota, Ghibertus quo- que magistratu Cancellariatus priuatus est, Otbone Colonien. Archiepiscopo in eius locum successo. Ghibertus autem hac insigni accepta contumelia animu



nihilominus non remisit, sed paulatim Imp. adolescentis adhuc Henrici III. familiaritatem sua industria nactus, eius animum ad officijs, blanditijs, assentatione sibi deuinxit, ut non multo post mortuo Othone Archiepiscopo Coloniensi Cancellario, ipse ab Imp. non solum in id munus, quo priuatus fuerat redijt, uerum etiam Archiepiscopus Rauennas designatus est, (qui Episcopatus primus post Romanum inter Latinos habebatur) coactusque PP. Alexander II. ad eius consecrationem. Nam uix sane fuis, eius ambitionem cognoscens, et mala ab eo ecclesia euentura praecauens, Id omnino facere recusauerat, uicit tamen Principis sententia. Archiepiscopus Rauennas factus, maiora animo moliri cepit, ad Pontificatum Romanum Alexandro II. mortuo, aspirans, quem a principe Henrico sibi demandandum procul dubio expectabat. Interim Alexandro II. mortuo, et eo die Hilprando Archidiacono in eius locum eius Cardinalium, Cleri P. Q. R. suffragijs, nulla Imp. expectata auctoritate creato, omni spe sua uenud frustra, ad uim et malas artes conuersus est, occasione ab hac re accepta. Inoleuerat quadam in omni Ecclesia Latina, et praesertim in Prouincijs Imp. subiectis consuetudo, quae in Romana etiam aliquando fuit, ut decedentibus ecclesiarum praelatis, tam Episcopis quam Abbatibus, amulus et uirga Pastoralis ad Imp. a Clericis eius Ciuitatis mittebantur. is statim in demortui Episcopi, uel Abbatis locum, unum ex familiaribus uel Capellanis suis substituens, eum ad ecclesiam pastore orbatam, nulla Cleri uel Populi electione expectata, mittebat. Haec autem priuilegia de Episcoporum et Abbatum (ut uocant) in ues titura, Imperio et Imp. (temporum necessitate ita exigente) a Rom. Pontificib. Hadriano I. Leone III. et VIII. concessa fuerant, Carolo nimirum Magno, et Othoni I. Imp. hominibus sanctissimis, qui iisdem Priuilegijs sanctiss: utebantur, pastores idoneos ecclesijs uacantibus uel eligentes, aut eligi procurantes. Verum processu temporis omnibus (ut accidit) recte institutis in malum labentibus, et Imp. perversitate et auaritia corruptis, quum plerosque pecunia, fauore, Principis seu eiusdem familiarium studio, et indignos quidem eligi contingerit, solo utputa Principis arbitrio intercedente, non ferrenda haec esse Rom. Pont. Gregorius VII. existimauit. Quamobrem qui in hisce priuilegijs omnino abrogandis priuatus multoties laborat.

laborat.

laborasset, nec ob Imp. potentiam, et Rom. Pontificum predecessorum suorum^{145.}
 segnitiam multum profecisset, iam Pont. Max. factus qua diu animo menteque
 conceperat executioni mandari omnino disposuit. Primum enim has electiones
 contra honestatem fieri sepe clamitans, simulq. per eas iura ecclesiastica
 et libertatem subuersa in demonis trans, ac p. literas Imp. admonens, ut ab
 hisce desisteret electionibus, eas libere Clericis et Populis Ciuitatum, more ma-
 iorum relinqui debere asserens, cum iterum et tertio admonitum, et parere
 recusantem Divis et Anathemate grauissimo prosequutus est, lege prius in
 maxima Episcoporum Synodo lata. Nemini Laicorum, cuiusuis ordinis
 esset, licere in negocijs electionum Pralatorum se intromittere, neminemque
 Clericum a sacra manu huiusmodi pralaturas accipere posse. Secus uero
 facientes grauissimo Anathemate subiecit. Hoc autem nimis agre ferens
 Imp. Henricus Rom. Ecclesiam, et ipsum Gregorium accerrime auctore
 Wicperto persequi cepit, qui lateri Imp. suapte natura futilis et furioni se-
 per misistens, ipsum ad enormia multa peragenda facinora sepe compulit.
 Quorum omnium hic postremus cumulus fuit, ut abrogato Gregorio vii.
 quo iam undecimum Pontificatus annum agebat, ipse in eius locum substi-
 tueretur. Anno Domini m. cccc. Henricus Imp. iiii. cum maxima arma-
 torum manu Romam ueniens, aliquot Rom. Ciuium sibi adhaerentium con-
 sensu, e Pontificatu abrogato Gregorio vii. die xi. Cal. Aprilis Wicpertum
 Rauennatem Archiepiscopum, contra iuramentum in eius consecratione Apos-
 tolice sedi datum, substituit ac coronari fecit, Clementem iiii. cum Appellas.
 Qui in schismate non Apostolicus, sed Apostolicus annos xvii. sedit co-
 tra Gregorium vii. et eius successores, Victorem iiii. Urbanum ii.
 et Paschalem ii. sub quo, anno Dominica Natiuitatis m. ccc.
 moriens Albertum quendam Atellanum in schisma,
 se successorem habuit, quum annos xvii.
 sedisset, seu potius in Apostolica
 sede intrusus fuisset. De
 huius successorib.
 uide post ?
 Paschalem secundum.



CLXXVI.



VICTOR III. Dauserius Italus, patria Beneuentanus, familia Epiphania, ex patre Urbis Beneuentanae Principe, adhuc adolescens et parentum suorum, unicus filius relicta uxore pulcherrima intacta ad Cassinen. Monachorum Monas. tertium, in scijs parentibus profectus est, ibiq. habitum S. Religionis assumens, Monachus ordinis S. Benedicti factus est, ac mutato nomine pro Dauserio Desiderio dici coepit. Prae in sacra conuersatione, omnium uirtutum exemplar, et sanctitatis speculum diu manens, mortuo Cassinen. Abbate, eodemque Pont. max. Stephano nono ipse omnium Monachorum suffragijs in eius locum creatus est, ac a beato PP. Nicolao II. in Abbatem simul et presbyterum Card. S. R. E. consecratus. Omnium autem ecclesiae Rom. persequutionem, quas in suis Pontificib. Alexandro II. et Gregorio VII. passa est Romana sedes constantissimus socius semper fuit. Demum Salerni mortuo Gregorio VII. post annum primum, mensem, quartum et diem xxvii. uacantis sedis, inuisus omnino ac retinens omnium Cardinalium suffragijs Romae die Penthecostes ix. Calend. Junij. Anno Domini MCCCXVI. in Basilica S. Petri Pont. creatus est, qui elec. homine se facte consentire nolens, indignum tanta se mole asserens, non nisi post annum, ubi patres in proposito constantis uidit suae consecrationis ac coronationis insignia suscepit. Sedit in Apostolica sede uix. sanctiss. annum unum, menses iii. et dies xxiii. Anno MCCCXVII. die xvi. Calend. Octobris mortuus est in monasterio suo Montis Cassini Pontificatus anno II. Cadauer in Basilica S. Benedicti Cassinen. marmoreo sepulchro honorifice conditum. Vacauit eo mortuo S. Romana sedes menses v. et dies

xxiiii.

Vibang

VRBANVS II.



VRBANVS II. Of his natione Gallus, patria Castilionen, quod oppidum est in Diocesi Remen, monachus ordinis S. Benedicti. in monasterio et congregatione Cluniacen. Hilibrandi postea PP. Gregoris vii. quum adhuc Cluniaci monachus esset, socius, a quo iam Pontifice facto Romam ex Gallijs accitus, Episcopus Card. Ostien. consecratus est. Hic mortuus PP. Victoris iii. Imp. Henrico iii. et Wicerto Rauennate Rom. ecclesiam persequentibus mense v. et die xxiii. uacantis sedis die iiii. Idus Martij Terracina, a Cardinalib. Clero et Laicis fidelibus qui eodem conuenerant iudicio predecessoris sui uictoris iii. Rom. Pontifex in Ecclesia S. Petri Terracinen. Urbis in Schismate contra Wicertum Rauennatem sedis Apostolicę inuass. rem creatus est. sedit autem in Apostolica sede ab eius assumptione ad Pontificatum annos xi. menses iiii. et dies xxviii. hic multis ordinationibus per diuersos menses factis, xxx. creauit Cardinales. Anno Domini ccc. cix. Roma die iiii. Calend. Augusti in Palatio Petri Leonis nobiliss. et potentiss. cuius prope S. Nicolaum in carcere Tulliano Urbanus PP. ii. qui eo se contulerat tanquam in locum tutum, ob Wicertinam persecutionem obdormiuit in Domino, post maximam expeditionem Hierosolymitana, et bellum sacrum eo auctore ab uniuersis fere Christianis Principibus inchoatum contra infideles Turcas Mahumeticas, pro Terra sancta de eorum manibus recuperatione, Cadaver eius beatus in Basilica S. Petri marmoreo sepulchro conditum est. Vacauitq. per eius mortem S. Rom. sedes dies tantum xiiii. De eo in Palatio Apostolico sic scriptum inueni,



iuxta S. Petrum.
Urbanus ii. auctor Expeditionis in infideles.

PASCHALIS II.



CLXXXV.



PASCHALIS II. Rhegineris natione Italus, prouincia Buscia, patria Bleden. quod oppidu' est in Comitatu Galliate, in Buscia Rom. patre Crescentis, ab ineunte aetate Deo deuotus. Monachus S. Benedicti factus est in congre. gatione Cluniacen'. Hic ob eius uirtutem, doctrinam et uitę sanctimoniam adhuc iuuenis a beato Pont. Gregorio VII. abbas monas. Terij SS. Stephani et Laurentij extra muros Roma, in ff. S. Clementis presbyter Card. crea. tus est. Qui mortuo Urbano II. Pont. max. Roma pridie Idus Augusti in schismate contra Wicpertum Rauennatem in Apostolica sede ut intrusum, omnium Cardinalium Cleri P. R. suffragijs in eius locum Pont. maxi. mus inuisus omnino ac retines creatus est, pridie Idus Augusti, ac tantu magis Fratrum suscipere ab Episcopis et Cardinalibus coactus est. sedit. autē annos XXVIII. menses V. et dies VII. in Apostolica sede. Roma sue coro. nationis iniuria suscepit, p. manus Joannis S. R. E. Archidiaconi et Cardinalis. Hic quamplurimis fecit p. diuersos menses et presertim Decemb. Cardinalium ordinationes, quibus Episc. X. presb. quinquaginta, et Dia. conos Cardinales XXX creauit. Anno Christi MCVIII. die XV. Calendas, Februarij Roma obiit, bonę memorię beatus PP. Paschalis II. in Laterane.

Patriarchis, Cadauer eius in Basilica Constantiniana maximo,

seo sepulchro honorifice conditum est. Vacauit eo

mortuo sedes Romana

dies treis.

Tres PP. Schismatici post mortem Clementis PP. III.

Alber

ALBERTVS.

ALBERTVS Atellanus in schismate post Clementem III. ab eius partibus fauoribus creatus contra Paschalem II. Sedit, seu potius intrusus fuit, menses quatuor. Quo mortuo in eius locum factus est.

CLXXVII.



SILVESTER II.

SILVESTER III. Romanus Theodoricus abbas Faxen. Cenobij qui in schismate Albertum contra Paschalem II. intrusus fuit menses III. et dies XV. Quo mortuo ab haereticis et schismaticis in eius locum factus est.

CLXXVIII.



MAGINVLPHVS.

MAGINVLPHVS Romanus qui in schismate contra Paschalem II. post Siluestrum intrusus fuit aliquot menses. Qui tandem a Pace Paschalis fidelibus captus, Pontificatum abdicare coactus est, et in monasterio Cauen. relegatus. sicque diuinum schisma sublatum est, quod grauissimum in Ecclesia Romana per annos continuos XX. uiginti.

CLXXVIII.



GELASIVS II.



GELASIVS II. Frater Joannes, natione Italus, patria Caietanus, ex patre Guescentio nobile genere natus, ingenueq. a teneris annis educatus est, et edocatus. In monasterio deinde Cassinen. sub Oderisio abbate sanctis uiro Machabalem uesfem assumens, ibidem multo tempore religiosissime uixit.

CLXXX.



Urbanus autem secundus cognita hominis uirtute, que longe lateque ex Mo-
 nasterio Cassinen. percrebuerat, eum ad se accessitum S. R. E. Diaconum
 Card. S. Mariae in Cosmedia, et Apostolica sedis Cancellarium, prius Cancellarium
 Leono Episcopo Ostien. mortuo, ordinauit. Papa autem Paschale
 II. in pace ecclesiae obeunte, omnium Cardinalium consensu, Cleri et Populi
 uoce expeditus, inuitus ac renitens, die XI. Calend. Februarij in Apostoli-
 ca sede locatus est, Gelasiusq. II. appellatus. Sedit autem hic beatus PP.
 in Apostolica sede menses XI. et dies XXVI. Anno Domini MCCCXIX PP.
 Gelasius II. metu Imp. Cas. Henrici V. Aug. ex Vrbe ubi creatus erat,
 fugiens, Caritatem patriam suam cum Cardinalibus uenit, et Clero Roma-
 no, ubi die Calendarum Martij, conuocatis circumuicinarum Ciuitatu
 Episcopis, primo presbyter (erat enim Diaconus) mox Episcopus conse-
 cratus, suae coronationis insignia suscepit, p. manus Gregorij Diaconi
 Card. S. Angeli, S. R. E. Archidiaconi. Hic Carite unum sanctum Con-
 ciliū creauit, Anno Domini natiuitatis MCCCXIX. PP. Gelasius II. Pontificatus
 sui anno primo nondum exacto, die XVII. Calendarum Februarij, in mo-
 nasterio Cluniacen. in Gallijs (quo se ex Italia timore Imp. Henrici
 V. cum aliquot Cardinalibus contulerat) mortuus est, ibique in Ecclesia
 Cluniacen. Caduex eius ante maius altare honorifice conditum
 est. Vacauit eo mortuo S. Romana sedes dies XV.

MAVRICIVS.

CXXCI.



MAVRITIVS Burdinus Hispanus, Archiepiscopus Bracaren. Gregorius
 VII. appellatus in schismate ab Henrico V. Imp. contra Gelasium II. cre-
 atus. Quod Gelasius Papa priuilegium de prelatorum inuestitura (quod
 Henricus V. Paschali a se prius contra sacramenti et iuramenti fidem
 capto p. uim extorserat) confirmare noluisse. Qui cum aliquot annis
 circum Vrbi uicinas Ciuitates moram traxisset, tandem (quum Su-
 brij esset) a Callisto II. Gelasij successore captus, Pontificatu
 abdicare compulsus, in monasterio quodam in
 perpetuum relegatus, non longe post
 uitam finiuit.

Schis

SCHISMA XIX. in Ecclesia Romana inter Gelarium secundum.
et Gregorium VIII.

CALLISTVS II.



CLXXXII.



CALLISTVS II. Guido natione Burgundus (que Gallia provincia est) pa-
tria ex patre Guilhelmo Burgundie comite, Archiepisc. Viennensis, ab
eis Card. et Laicis Romanis, qui Cluniacum uenerant, cum Papa Gelasio
II. eo mortuo, Rom. Pont. in eius locum, in eodem monasterio Cluniacensis
creatus est. Qui tamen electioni de se facte acquiescere noluit, donec con-
grog. Cardinalium et Cleri, Laicorumq. qui Romae esset, uoluntatem co-
gnouissent. Qui omnes audita tali electione Decretum Cluniacum miserunt
confirmantes unanimes consensu eius electionem, erat enim uir prudentis,
et in negotijs secularibus adprime uersatus, ideoque ubi eius nomen Ro-
mae auditum est, omnes statim, nemine discrepante, in eius electionem
consenserunt, sperantes p. eum pacem inter Ecclesiam et Imp. posse com-
poni, quae usq. a (beatę memorię) Gregorij VII. temporibus uarijs discor-
dijs, bellis et tumultibus exagitata fuerat, ob sacerdotiorum collationes. Hic
autem sue confirmationis literis ab Vrbe acceptis, statim sue coronationis
insignia suscepit, Romanum iteq. mare aggressus breui Romam uenit.
Vbi Buxdmo capto, atq. Pontificatus dignitate exuto, schismatis (pace cu
Imp. Henrico V. p. legatos sub certis conditionibus, et ijs honestis facta)
longissime discordię finem imposuit. Unde de eo in parichius, cuiusdam
Camere ruinosae Lateranen. Patriarchij hos uerus scriptos uidi. Ecce Callis-
tus adest, honor et decus Imperiale, Nequam Buxdinum damnat, Pacemq.

152.
 reformat. Sedit autem hic Pont. in Apostolica sede ab eius electione annos 9.
 menses x. et dies xxiii. Hic aliquot ordinationibus sexdecim creauit Card.
 Episcopos treis, presbyteros vi et Diaconos vii. Anno Domini natiuitatis
 mcccxxiiii. Romae in Patriarchio Lateranen. Idib. Decembris mortuus est
 PP. Gelasius ii. Cadaver eius in Basilica S. Saluatoris (qua Constan-
 tiniana appellatur) in marmoreo sepultum est. Vacauit
 sedes diem vnum.

HONORIUS II.



CLXXXIII.



HONORIUS II. Lambertus natione Italus, ex prouincia Romandiola, oppi-
 do et familia Fagnana Bononiensis Diocesis, Episcopus Card. Ostiensis
 a PP. Paschale ii. factus, sub Callisto ii. Apostolicæ sedis legatus ad Imp.
 Henricum v. in Germaniam pro constituenda pace inter Imp. et Pont.
 profectus est cum Saxone Anagino presb. Card. S. Stefani in monte
 Celio, et Gregorio Diacono Card. S. Angeli. In quo negotio prudentissime
 se gerens, usque compos Romam reuersus est. Vbi paulo post (mortuo
 PP. Callisto ii.) die altero post eius obitum, puta xix. Calend. Ianuarij
 in contentione cum Theobaldo Buccapico presb. Card. in tt. S. Anastasie
 Rom. Pont. creatus est studio Roberti Fregepanis, Honoriusq. ii. appella-
 tus, quum Theobaldus Celestini ii. nomen sortitus esset. Verum Deus ec-
 clesie sue miseratus (maxime quod pessimum schisma pullulare denuo in-
 ter competitores tanti magis tratus uideretur) animum Theobaldi mouit,
 ut sponte sua Papatu cedens (et si eius electio magis legitima fuerit, quod
 et prior et sine uolentia, praterea omnium Cardinalium consensu esset)
 Hono

Honorium u. PP. u. electum ueneratus est, abdicauit enim eo ipse die, quo cre-^{153.}
 atus est, sublata omnino quauis schismatis suspitione. Quare omnes Card.
 Clerus, et Pop. Rom. in Honorij electionem assenserunt. Hic beatus Papa
 sedit in Apostolica sede in pace ecclesie annos v. menses u. et dies u. Re-
 centiores hunc PP. Forocorneliensem, (id oppidum hodie Imolam dicunt)
 fuisse scribunt. Roma in Basilica S. Petri coronatus et consecratus
 Hic fecit primam Cardinalium ordinationem, ut alias facerem diuersis
 temporibus habitas, quibus omnino Cardinales creauit xxx. Episcop.
 iii. presby. xvi. et Diaconos xi. Anno Domini cccxxx. die vi. Calend.
 Martij Roma in Lateranen Patriarchis mortuus est PP. Honorius u.
 Bononiens. Cadaver eius in Basilica Lateranen, marmoreo Pilo sepul-
 tum est. eo mortuo non uacauit S. Romana sedes.

COELESTINVS

ii.

COELESTINVS II. Theobaldus Buccapecus. Romani presb. Card. in st. Anas-
 tasia in schismate ante Honorium u. creatus tanquam uix bonus et san-
 ctus, licet potiores in pontificatu quam Honorius u. partem habuerit, et
 ab omnibus Cardinalibus in Papam electus esset, nihilominus uolente
 electioni Honorij u. a Laicis in Pont. summum maximumq. rogati,
 auctore Roberto Fregozane consentiens, eo die Papatum
 deposuit, abhorrens longe pessimum schisma.

CLXXXVI.



Quo facto Honorius ipse submoto
 competitore in PP. electus est.

SCHISMA XX. in Ecclesia Romana inter Honorium u. et
 Coelestinum u.

INNOCENTIVS II.





INNOCENTIUS II. Gregorius natione Italus patria Romanus de regione tras
Tyberim, patre Joanne familia incognita, Diaconus Card. S. Angeli à PP.
Urbanus II. factus, fuit legatus Apostolicæ sedis, cum Lamberto Ostiensi
Episcopo, et Saxone Anagnino Cardinalib. sub PP. Callisto II. pro Ecclesiæ
et Imp. pace in Germaniam apud Imp. Henricum V. quam Romam rehu-
serunt honestissimus (Rom. ecclesiæ proficuis) conditionibus. Hic quum
esset S. R. E. Archidiaconus, mortuus PP. Honoris II. die obitus eius in
schismate cum Petro (Petri Leonis filio) presb. Card. in tt. S. Mariae,
trans Tyberim, uir nobiliss. et potentiss. à minori parte Cardinalium, uerum
aliquot horis ante creatus est, Innocentius II. appellatus, quum Petrus
Anacleti nomen suscepisset. Huius (quod in creatione praueneret) etiam
à paucioribus Cardinalibus Pont. pronuntiatus, potiori parte uideban-
tur. Anacletus contra maiorem Cardinalium numerum pro se stare
asserens, Pontificatum Rom. sibi uendicabat, ut qui ob affinium primu-
tum etiam Clientium potentiam, Innocentium II. cum sibi adhaerentibus
Cardinalibus uiccedere Vrbe adegisset. Qui ex urbe fugiens cum socijs
Cardinalib. in Galliam profectus, ibi multos annos mansit. Demum mor-
tus Anacletus Pontificatus sui anno VIII. moxq; successore Victore III. à
sue partis Cardinalibus electo, ultro abdicante, Pontificiam maiestatem, de-
inceps sedem Romanam solus obtinuit. et sedit ab electione annos XIII.
menses VII. et dies VIII. In schismatis confusione annos VIII. reliquos usq;
ad XIII. pacifice solus uixit. Romæ consecratus et coronatus. PP. Inno-
centius omnino XXVIII. creauit Cardinales, ex his tres aut quatuor ex antiquis
fuere, reliqui sunt omnino XXXIII. Anno Domini natiuitatis

00CXIII. die XI. Cal. Octobr. PP. Innocentius II. Romæ
mortuus est in Lateranen. Patriarchis. Ca.

lauex eius Labro marmoreo in Ba.

silica Constantiniana

sepultum est.

Vacauit

S.

Romana sedes dies duos.

Anacle

ANACLETVS II. Pont. max. natione Italus, patria Romanus, ex nobiliss. genere ortus, Petri Leonis cuius nobiliss. et potentiss. filius, primus Diaconus Card. ss. Cosme et Damiani, a PP. Paschali u. creatus, mox in st. S. Marie trans Tyberim, presbyter Card. per Callistum PP. u. ordinatus est. Hic mortuus PP. Honoris u. eoisso die in schismate cum Innocentio II. a maiori parte Cardinalium, uerum aliquot horis post creatus, Innocentium secum de Pontificatu Rom. adipiscendo decertantium, urbe ui cade, re coequit. Quo in Gallias cum suis Cardinalibus abeunte, Petrus (qui Anacleti u. nomine appellari uoluit) Rom. Pont. solus quamdiu uixit retinuit, seditq. Roma in Petri cathedra annos vii. menses ix. et dies x. creatus die xvi. Cal. Martij. Hic primam Cardinalium ordinatione fecit, octo Cardinales creauit. Anno Domini mcccxxxix. die viii. Calendas Decemb. mortuus Romae. Pontificatus sui annos viii. Cadaver eius in Basilica Principis Apostolorum sepultum est, et paulo post eius mortem, a Cardinalibus fautoribus factionis sue, in schismate contra Innocentium u. creatus est.

155. CLXXXVII.



GREGORIVS.

GREGORIVS presbyter Card. Basilica Apostolorum, sedit menses duos et dies aliquot. Innocentius autem II. (qui tum in urbe,) magna pecunia Petro Petri Leonis filio, fratre uero Anacleti II. defuncti, et eius complicibus qui Victori schismaticis fauebant, corruptis, eos ad suas partes deduxit. Tum Cardinales, qui Victori III. adhaerant, omni auxilio et spe desituti Innocentij II. partis sequuti sunt iureiurando prius ab eo accepto, quod illos dignitatibus suis non priuaret, nec bona sua aliqua in parte minueret. Tunc demum Gregorius ab omnibus suis derelictus, abiecto Pontificatu ad Innocentium (a quo benigne exceptus est) accessit. Itaque hoc schisma, quod annos octo iam durauerat, plane e medio remotum est, mense Ianuario Anno Domini nat. huius mcccxxxix.

CLXXXVIII.



COELESTINVS II.



CLXXXIX



COELESTINVS. Magister Guido Castellanus Typhernas Vbuscus, familia nobili et honorata ortus. Hic Romam ueniens à PP. Honoris II. Diaconus Cardinalis S. Mariz in uia Lata, et ab Innocentis II. presb. Card. ordinatus est. Quo mortuo omnium Cardinalium suffragijs Pont. Rom. creatus Coelestinus II. appellatus est. Sedit menses V. et dies XIII. electus statim altero post mortem Innocentij II. die, hoc est, hoc VIII. Calend. Octobris. Romæ, ibiq; paulo post in Episcopum consecratus, Romæ in Basilica S. Petri. Hic primam XIII. Cardinalium ordinationem fecit, VII. presb. et totide Diaconorum. Anno Domini MCCCXLVII. die VIII. Idus Martij Romæ in Patriarchis Lateranen. mortuus est PP. Coelestinus II. Pontificatus sui anno primo. Cadaver eius in Basilica S. Saluatoris sepultum est f. 90.

LVCIVS II.



CLXXX



LVCIVS II. Gherardus natione Italus, prouincia Romandiosa, patria Bononiæ fami.

157.
 familia Caccianemicis, nobili et honorata, ex patre Alberto, vir eloquens et
 literatus ab Honoris concine suo presb. Card. in ff. S. Crucis in Hierusa-
 lem ordinatus est. Mortuus autem PP. Cales hno 11. tertio uacantis re-
 dis die, xi. Cal. Aprilis Romę in Lateranen. Patriarchis omnium Car-
 dinatum suffragijs Pont. Rom. pronuntiatus est. sedit autem in Petri
 cathedra menses xi. et dies iiii. post electionem. Hic una creatione xiiii.
 Card. ordinavit, Episcopu' unum, presb. vii. et Diacon. vi. Anno Dominica
 Natiuitatis mcccxxvi. Calend. Martij Lucius 11. PP. Romę in Patriar-
 chis Lateranen. mortuus est. Cadaver in Basilica S. Salua-
 toris (que Consantiniana appellatur) cuius olim
 Canonicus fuerat, sepultum. Vacavit Ro-
 mana sedes dies duos.

EUGENIVS. III.



EUGENIVS III. Frater Petrus Bernardus Pisanus, Bruscus, Monachus
 S. Benedicti, ex congregatione Cisterciensis. S. Bernardi Magni abbatis
 Clareuaten. discipulus, Abbas monas terij SS. Vicentij et Anas tany ad agras
 Saluias, Hic mortuus PP. Domino Lucio 11. omnium Card. suffragijs, non-
 dum Cardinalis in Pont. max. die iiii. Cal. Martij Romę in Basilica
 S. Cesarij in Palatio accitus pronuntiatus est, seditq' annos viii. menses
 iiii. et dies x. Hic quum ex Vrbe propter metum Senatorum fugisset:
 post suam electionem in monas teris Faxsen. suę coronationis insignia
 nactus est. Hic aliquot ordinationibus xxiiii. Cardinales creauit, Epis-
 copos duos, presbyteros xi. et Diaconos x. Anno Dominica natiuitatis,



cccliii. die viii. Idus Julij. PP. Eugemus iii. Tybure mortuus. Cadaver rela-
tum Romam. in Basilica Principis Apostolorum tumulatum est.

ANASTASIUS IIII.



CXII.



ANASTASIUS IIII. Cunradus natione Italus, patria Romanus de regione,
Sabuxa, ex patre Benedicto, monachus ordinis S. Benedicti. Abbas S.
Ruffi Veliternę Diocesis S. R. E. Episcopus Cardinalis Sabinus ab Honorio
ii. Pont. Max. ob uirtutes, ac animi corporisque egregias dotes, sanctitate,
prudentiam, ac morum grauitatem creatus. Quorum uirtutum ergo, max.
tus PP. Eugemus iii. Romę, ab omnibus Cardinalibus in eius locum Pont.
Romę, succedere, iussus est, die vi. Idus Julias. Sedit in sacratissima
sede beati Apostoli Petri annum unum, menses iiii. et dies xxiiii. ab eius
electione. Romę in Basilica S. Petri, sup coronationis insignia suscepit.
Anno Domini. cccliii. Pontificatus anno i. die viii. Papa Anastasius
iiii. fecit primam Cardinalium ordinationem, qua Episcopum unum,
presbyteros quatuor. et Diaconos Cardinales tres, creauit. An.
no Dominica natiuitatis, Millesimo Centesimo quinqu.
quagesimo quarto. Hic Papa Romę in Patriar.
chis Lateranen. mortuus est, die iiii.

Nonas Decembres. Cadaver eius
in Basilica Constantiniana
Porphyreico sepulchro
conditum.

Vacauit S. Romana sedes eo mortuo diem unum.

Habri.

HADRIANVS IV.



CXCIII.



HADRIANVS IIII. Frater Nicolaus de Maluiseria, oppido S. Albani, Barchinensis Diocesis, Anglicus, monachus ordinis S. Benedicti, abbas monasterij S. Rufi prope Valentiam in Gallijs. Hic quum ob Congregationis suae negotia Romam uenisset, sub beato PP. III. Eugenio, eaque strenue confecisset, PP. eius prudentiam, doctrinam et sanctitatem admiratus, eum Episcopu Card. Albanum creauit, legatumq. Apostolica sedis de latere ad partes Sueciae et Noruegiae misit ad praedicandum gentibus illis, in tenebris sedentibus Christianam ueritatem. Vix enim doctiss. erat, eloquijs facundus, moxum bonestate praeditus, et uix sanctitate insignis. Qui praedicando gentes eas, de Barbaras Australis latius fonte lauans ad Christi fidem traduxit. De inde Romam negotijs egregie confecto reuersus, non longe post mortuo PP. Anas. tasio IIII. omnium Cardinalium suffragijs Pont. max. in eius locum in Basilica S. Petri die III. Nonas Decemb. creatus est, sedisq. in sacratiss. sede beati Petri annos IIII. menses V. Hic duabus ordinationibus, mensib. Martio et Decembri factis, xxii. creauit Cardinales, Episcopos IIII. presby. x. et Diaconos octo. Anno Dominicae Natiuitatis MCCI. VIII. die Cal. Septembris Papa Hadrianus IIII. Anagnini mortuus est Pontificatus anno quinto. Cadauer Romam relatum, in Basilica Principis Apostoloru sepultum est.

Vacauit
 Sancta Romana sedes eo mortuo dies IIII.



CXCIII.



ALEXANDER III. Rossandus natione Thuscus, patria Senen. familia Papa. rona nobili et honorata, ex patre Raynuccio, quum esset Clericus in Ecclesia Pisana, cuiusque uirtutum fama longe lateque resonaret, cum PP. Eugenius III. Romam accessisset, Clericumque primum in Ecclesia Romana constituit, mox eundem Diaconum Card. SS. Cosme et Damiani, deinde presb. Card. S. Mariae, demum Apostolice sedis Cancellarium creauit. Erat enim uix doctrina, facundia, moxum grauitate, et sanctitate insignis, Hic moxus Hadriano III. eoque ecclesiastice sepultura in Basilica S. Petri contradito, in schismate a meliori parte Cardinalium uno eodemque die, Romae in Basilica S. Petri (ubi comitia habebantur) cum Octauiano presb. Card. in st. S. Cecilię, (qui Victor III. appellatus est) Pont. Rom. expetitum est. Octavianus se prius creatum assererat. Alexander longe copiosiore Cardinalium numero obijciat. Quatuor enim et uiginti Rossandum Cancellarium Victorem, qui et Octavianus octo dumtaxat poposcerunt (nec quidem tunc temporis legem latam recordari est, ut in creatione Romani Pontificis, duę Cardinalium (factiosa presexim) partes requirerentur. Victori Barbarossa Imp. cum tota curia sua et Germanis prelati adhaerebant, Alexandro reges Anglie Francie et Sicilia Italia omnis diuisa, alij siquidem Alexandro, alij Victori fauebant. Totus clexus Romanus paucis admodum refragan. tibus, pro Victori parte stabant. Sicque schisma deterrimum nichilominus est, adeoque conualuit, ut annos xvii. continuos inter Alexandrum III. Victorem III. et successores paulatim magis magisque reuiuisceret, perdu. raretque.

varetq. Sed quem finem habuerit, max. commodius dicemus. Sedit autem ^{161.}
 PP. Alexander iii. annos xxxi. menses xi. et dies xxxiii. Roma consecra-
 tus et coronatus. Anno mcccxcxi. Roma in Lateranen. Palatio mortuus
 est. Cadaver in Basilica Saluatoris, que Constantiniانا appellatur, max.
 mareo pilo sepultum est. Vacauit eo mortuo Romana sedes dies xvi.
 Hic creauit xxxii. Cardinales, in his Episcopos quinque, pres-
 byteros quatuordecim. et Diaconos undecim.

VICTOR III.

VICTOR III. Octavianus, natione Romanus, nobilissimo genere ortus,
 Diaconus Card. S. Nicolai in carcere Tulliano ab Innocentio ii. Pont.
 max. max. ab Eugenio iii. presbyter Card. in ff. S. Cecilia ordinatus
 est. Sub quo et eius successoribus Anastasio et Hadriano iii. multis
 legationibus pro sede Apostolica functus, tam ad Imp. Fridericum Bar-
 barossam, quam ad ceteros Christianos Principes, nomen suum claris-
 simum fecit. Demum mortuo PP. Hadriano iii. petitione S. P. Q. R.
 electione Cleri, et octo Cardinalium suffragijs in schismate cum Rollan-
 do presb. Card. ff. S. Marci, et Apostolice sedis cancellario, ante ta-
 men quam ipse a suę partis defensoribus Cardinalibus nominatus esset,
 creatus est. Fridericus autem Imp. qui per id tempus Cremam in
 Lombardia obsidebat, ab ambarum partium Cardinalib. requisitus,
 ut suborienti schismati prouideret, Concilium Episcoporum totius orbis
 Christiani indixit Papię, ut ibidem utriusq. electus causa, omni censu-
 ra seculari sumpta, saltem in concilio cognita et disceptata, uter illor-
 um PP. remansurus esset, decerneretur. Quis quum Rollandus accedere
 nollet, se uerum Papam, legitimeq. electum, Octavianum uero non nisi
 intrusum clamitans Octavianus ipse eo profectus est. Rollandus (qui
 Alexandri iii. nomen mutatus est) tanquam inobediens Ecclesie, et con-
 tumax damnatus a sede Apostolica eius Concilij iudicio deiectus est, Victor
 que iii. in Romanum Pont. confirmatus, cui Imp. Fridericus Barbarossa
 ut omnes Germanici prelati, (quum Italia melior pars, Clerus S. P. Q. R.
 Octavianiani partis sequerentur) adhaerebant. Sedit autem in schismate



contra Alexandrum III. annos III. menses VIII. uel circiter. Roma sue co-
ronationis insignia nactus est. Hic multas fecit Cardinalium ordinatio-
nes quorum memoriam temporum iniuria amisimus. Anno Domini
natiuitatis MCLXIII. die III. Idus Aprilis PP. Victor III. Lucæ
in Tuscia obiit. Pontificatus sui anno V. Cadaver ibide
in Cathedrali Ecclesia sepultum est. Vacauit in
eius obedientia sedes dies aliquot. Cui mox
lucæ à Cardinalibus complicitibus
substitutus est

CALLISTVS III.

CXCVI.



CALLISTVS III. Guido natione Italus, patria Cremen. S. R. E. presb. card.
à PP. Hadriano III. creatus, post eius obitum cum aliquot Cardinalibus
in Schismate Victori III. contra Alexandrum III. adhasit. Quo Luca
mense Aprili mortuo paulo post (Cardinalibus essentibus Friderico Bar-
barossa Imp. huius factionis, aduersum Alexandrum sequace) in eiq
locum PP. institutus, uixitq. Pont. in sui obedientia annos plus minus
quinq. Luca consecratus et coronatus. Deinde Romam ueniens anno
V. Pontificatus sui mortuus est. Anno Domini MCLXIX. Cadaver in
Basilica S. Petri sepultum est. Vacauit sedes dies aliquot
post quos à fautoribus partium suarum Cardi-
nalibus, in locum suum successit Romæ
in Pont. assumptus.

PASCHALIS III.

CXCVII.



PASCHALIS III. Joannes natione Hungarus, professione Monachus,
ac Abbas monasterij Scrumien. è curia Friderici Imp. mortuo Callis-
to III. ad Rom. Pont. ipso consentiente in schismate contra Alexand.
III. conscendit, non reuertibus Card. Victorina factionis alumnis. Se-
dit in sui obedientia annos VII. et menses aliquot. Demum anno
Domini MCLXXVI. composita Venetorum opera pace inter Imp. Fri-
dericum et Alexandrum III. coactus ab eodem Imp. Friderico die V.
Calend.

Calend. Aug. Venetijs nomen titulumq; Pont. exuit. Eud factum est, ut ^{163.} sublato post annos xvii. perniciosiss. Reipub. Christiana schismate illo, situs in ea maiestate Pontificia Alexander iii. perseveraret, qui in pace Ecclesia uitam clausit, Lucium iii. successore

Habuit.

SCHISMA xx. in Ecclesia Rom. inter Alexandru' iii. et Victorem iii.

LVCIVS III.



LVCIVS III. Hubaldus natione Bruscus, patria Lucen' Diac. Card. S. Mariae in uia Lata, mox presb. Card. ff. S. Praxedis ab Innocentio ii. creatus, annos propemodum quinquaginta in Cardinalatu uixit. Mox uero in tranquillitate Ecclesie, post diutinum Schisma Roma PP. Alexandro iii. (cuius socius et indefessus in persequutionibus comes semper fuit) omnium Cardinalium suffragijs Idib. Septemb. Pontifex maximus pronuntiatus, sedit in Petri cathedra annos iiii. menses ii. et dies xxiiii. Corona Pontificia Roma in S. Petri, ab R. E. Archidiacono candidatus est. Hic unica ordinatione facta Cardinales vnum et xx ordinauit, Episcopos ii. presby. ix. et Diac. x. Anno Domini m. ccc. xcv. die iiii. Idus Decemb. PP. Lucius iiii. Verona (quo ad concilium iam ante a se indictum accesserat) mortuus est. Pontificatus sui anno v. Cadauer in Cathedrali Ecclesia Veronen. honorifice marmoreo sepulchro conditum est f. Va. cauit S. Romana sedes dies xiiii. et.

CXCVIII.



VRBANVS III.



CIII.

VRBANVS III. Lambertus natione Italus, provincia Insubrium, patria Mediolanen. ex patre Joanne familia nobili et uetusta Cribella ortus. Hic Clericus quum esset in Ecclesia Mediolanen. ob eius uirtute, et uite sanctimoniam omnium Canonicorum suffragijs Archidiaconus primus, deinde non longe post Mediolanen. Archiepiscopus creatus est. Venerat autem Veronam cum reliquis Episcopis, ad Concilium, quod Lucius III. eodem indictum iam inchoauerat, pro reformatione morum et ecclesiastica Disciplina. Praterea eo Venerabili Pont. Verona in superos relato, a Cardinalibus in defuncti locum Pont. Ro. pronunciatus fuit, in Vigilijs Dominicę Natiuitatis hoc est IX. Cal. Ianuar. Sedes in cathedra S. Petri, annum unum, menses X. et dies XXV. Verone sue coronationis insignia nactus est, Hic Cardinales XX. creauit, Episcopos III. presbyteros VIII. et totidem Diaconos. Anno Dominicę natiuitatis M. CCCC. LVII. die XVI. Calend. Decembris Urbanus PP. III. Ferrarię (quo se Verona discedens receperat) Romam profecturus, audita Terre sanctę Hierusalem captiuitate, graui dolore maceratus, mortuus est, Pontificatus sui anno secundo. Cantarex in cathedrali Ferrari. en. Ecclesia h.

noxiſſime satis reconditum. Vacauit S. Romana sedes mensem I. et dies octo.

Grego.

GREGORIUS VIII.



GREGORIUS VIII. Lambertus natione Italus, patria Beneventanus, nobili
 et antiqua familia de Morra appellata, ab Alexandro III. presb. Card.
 in H. S. Laurentij in Lucina, et S. R. E. Cancellarius institutus est.
 Hic mortuus Ferrarie Urbano III. a Cardinalibus, qui cum eo erant, in
 locum eius Pont. max. Rom. successit. uigilia natalis Domini, Sedit
 in Apostolica sede mensem unum et dies xxvii. Ferrarie coronationis
 sue insignia suscepit. Hic non creauit Cardinales. Anno Domini MCCCXIII.
 die xi. Calend. Martij. Pisis (quo se Ferraria relicta, expeditione
 in infideles pro recuperanda Vrbe Sancta Hierusa.
 sem paraturus, contulerat) diem clausit
 extremum. Cadaver in Ecclesia cathe-
 drali tumulatum. Vacauit se-
 des Romana dies vi.
 Santi.

CIC.



CLEMENS VII.





CLEMENS III. Paulus natione Italus, patria Romanus, familia Scholari nobili, et honorata, ex patre Joanne, Episc. Card. Praesertim ab Alexandro III. creatus. mortuus Pisis Gregorius VIII. successit Cardinalib. ita uolentibus et dicentibus III. Idus Maij. Sedit in sede beati Petri annos III. et dies XVI. Pisis creatus et coronatus. Pisis suę coronationis insignia nactus est. Hic aliquot creationibus, XIII. cardinales creauit. Episc. II. presb. VII. et Diacon. IIII. Anno Domini MCCI. die VI. Calend. Aprilis Romę in Palatio Lateranen. mortuus est. Cadauer eius Laterani in Basilica Constantiniana sepultum est. Vacauit eo mortuus Sancta Romana sedes, dies duos. 20.

COELESTINVS III.



COELESTINVS III. Jacynthus natione Italus, patria Romanus, familia Bubona ex patre Petro, Diaconus Card. S. Mariae in Comedia a PP. Lucis II. creatus. Hic mortuo PP. Clemente III. quum esset S. R. E. Archidiaconus Card. et omnium antiquissimus, eorum omnium suffragijs Romę die XIII. Calendas Aprilis Pont. max. instituitur Celestini III. nomine. Sedit in Petri cathedra annos VI. menses IX. et dies XXI. Rom consecratus et coronatus, in Basilica S. Petri. Hic XVI. Cardinales creauit, Episcopos II. presbyteros VI. et Diaconos VIII. Anno Dominica natiuitatis MCVIII. die VI. Idus Ianuarij, Roma in Patriarchis Lateranensi obiit PP. Celestinus. Cadauer in Basilica Saluatoris, quę Constantiniana appellatur, sepultus. Non uacauit sedes.

Imo.

167.

INNOCENTIUS III.



CCII.



INNOCENTIUS III. Lotharius natione Italus, patria Romanus, Anagnina oriundus, ex patre Theobaldus familia comitum Sige nobili et antiqua uix eruditus. et doctus. in Parisien. Gymnasis multos annos studijs uacauit. Deinde Doctoratus insignibus susceptis, Romam uenit, ubi p omnia Rom. Curia gradus paulatim ascendens, ad supremum in terris culme peruenit. Card. Diaconus creatus est a Celestino III. in Diacomia SS. Sex. qj et Bacchi, eam iam Pont. Romanum effectus a fundamentis, addita etiam Porhieu consuaui. Die autem obitus Papae Celestini III. omnium Cardinalium consensu Rom. Pont. salutatus est, seditq. in Petri cathedra annos xviii. menses vi. et dies x. Romae in Basilica S. Petri consecratus, et coronatus. Hic pluribus ordinationibus creauit Cardinales xxxii.

Episcopos v. presbyteros quindecim et Diaconos tredecim.

Verum quum sex inter hos uel ex antiquis crea.

ti, uel repetiti sint, reliqui erunt ui.

ginti sex. Anno Dominica

Natiuitatis MCCXVI.

die xvi.

Cal.

Augusti Papa Innocentius III. Perusij moritur ubi

et in Ecclesia Cathedrali Cadauer se.

pelitur. Vacauit sedes eo mor.

his tantum diem i.

20



cciii.



HONORIUS III. Cynthius natione Italus, patria Romanus, ex nobili et uetus, fa Sabellorum familia, patre Flaymerico Sabello. Hic adhuc iuuenis Cubicularius fuit Jacinti Bubonis Card. S. Marie in Cosmedin, et S. R. E. Archidiaconi, postea PP. Celestini iii. appellatus, a quo iam in Pont. assumptis statim Diac. Card. S. R. E. in Diaconia S. Lucie in Orpheo creatus est, ac deo sancte et grauitate semper uixit, ut mortuus Perusij Innocentio iii. altero post eius obitum die, hoc est xiiii. Cal. Augusti, nemine Cardinalium ulla in parte aliter sentiente, dignus exultimatus est, qui fano Pont. succederet, Pont. uero Max. pronuntiatus, sedit in Petri cathedra ann. x. menses vii. et dies uiginti postquam electus est. Perusij in Cathedra li Ecclesia, coronationis sue insignia consequutus est. Hic Pontifex tredecim pluribus ordinationibus creauit Cardinales, Episcopum unum, Presbyteros sex, et Diaconos totidem Reliquorum memoria non extat. Anno Dominice Natiuitatis mcccxxvii. die

iiii. Idus Martij. PP. Honorius iii. Roma
in Patriarchis Sancte Marie,
Maioris mortuus est f.

Cadauer in ea.

dem

Basilica Honorifice sepultum est. Vacauit
eo mortuo sancta Romana
sedes dies sep.
sem.

GREGO.

GREGORIUS IX.



GREGORIUS IX. Hugolinus natione Campanus, patria Anagninus, ex nobili, et antiqua familia Comitum Signis, Innocentij III. Pont. max. nepos, à quo Cappellanus primus suus, mox Diac. Card. ac demum Episcopus Card. Ostien. factus. Hic mortuus PP. Honoris III. Romæ in Diacomia S. Lucie ad septa Solis à Cardinalibus ibi tum congregatis, die XII. Cal. Apr. Pont. max. factus est. Sedit in Petri cathedra annos XIII. menses III. et dies III. Hic maximam inimicitiam exerceuit, cum Imp. Frederico II. à quo et maximis calamitatibus affectus fuit, quarum etiam dolore eum confectum, obuiuise illorum temporum scriptores auctores sunt. Roma in Basilica S. Mariæ Maioris coronatus est. Anno Domini MCCCXXVII. Pontificatus sui anno primo, die XV. Calend. Octobris Anagninæ Hic PP. Gregorius IX. fecit primam quinque Cardinalium ordinationem, qua Card. Episcopum vnum, presbyteros duos, cum totidem Diacomis ordinauit. Anno Dominicæ Natiuitatis Milleesimo, Ducentesimo Quarta.

gesimo vno. die vndecimo Calendas Augusti PP.

Gregorius nonus Roma mortuus est.

Cadaver eius in Basilica Principi-

pis Apostolorum sepul-

tum. Vacauit

Sancta

Romana et Apostolica sedes eo mortuo me-

ses nonem, et dies du-

os.

CCIII.



COELESTINVS III.



CCV.



COELESTINVS III. Gaufridus natione Insuber, patria Mediolanensiu
ex nobili et uetusta familia Castilionea, uix eruditus, et in negocijs se-
cularibus uersatus. Hic à PP. Gregorio IX. ob uirtutes suas, presb. Card.
Sabinus creatus est. Quo demum mortuo Roma omnium Cardinalium
qui haud multi erant, suffragijs, die XXI. Calend. Octobr. quum esset ual-
de senex, et graui infirmitate grauatus. Pont. max. pronuntiatus est.
Vixitq; in Pontificatum dies tantum XXVII. et mortuus est. Roma coro-
natus et consecratus in Basilica S. Petri. Hic Cardinales non creauit.

Anno Dominicae natiuitatis MCCCXII. die VII. Idus Octobris

Roma mortuus est. Cadauer in Basilica S. Pe-

tri sepultum est. Hunco, Friderico Imp.

Prelatos persequente. Vacauit S.

Romana sedes annum I.

mens. VIII. et dies

quatuor

INNOCENTIUS IV.



Innoce

INNOCENTIUS III. Magister Sinibaldus natione Italus, Lyguria patria Genuen. ex patre obizone nobilis. et antiqua familia Flisca, ortus ex Comitibus Lauanis. Hic vtriusq. Juris consultissimus fuit, scripsitq. super Decretum; Vicecancellarius S. R. E. a PP. Honoris III. factus, mox ab eius successore Gregorio IX. presb. Card. in ff. S. Laurentij ordinatus est. Alex. huius autem PP. Cales huius III. post diuturnum sedis uacationem, tandem omnium Cardinalium consensu Romae die solennitatis Natiuitatis S. Jo.annis Baptista Pont. Rom. pronuntiatus est, VIII. Calend. Julij. Sedit autem annos XI. menses V. et dies XX. ab eius creatione. Romae consecratus et coronatus, in Basilica S. Petri. Hic nonnullis creationibus XIII. uel XV. Cardinales creauit Episcopos tres presbyteros V. et diaconos VII. Hic Pontifex Pileum Rubrum Cardinalibus dedit. Anno Domini MCCCXIV. Die Iduum Decembris in solennitate S. Lucie uirginis Innocentius III. de Flisco. multis egregie factis clarissimis, et ob uendicatam asseritamque libertatem Ecclesiasticam omnibus seculis laudatissimus Neapoli mortuus est, quo se post obitum Imp. Frederici contulerat. Cadaver eius in Ecclesia S. Laurentij ad Minores sepultum est. Vacauit eo mox, huius S. Romana sedes dies uiginti dies.



ALEXANDER III.



ALEXANDER III. Raynaldus natione Campanus, patria Anagninus, ex Urbe oriundus, nobilissima Comitum Signie familia, Gregorij PP. nono



nepos, a quo Diaconus primo S. Eustachij, mox Episc. Card. Ostien. et Velitrensis
 creatus est, uix doctrina, eruditione, sanctitate insignis, et idem (mortuus PP.
 Innocentio III.) Neapoli omnium Cardinalium consensu et iudicatus est, qui
 tantum Magistratum acciperet, turbulentiſſimo tempore, quo Ecclesia Ro.
 mana undiq; uexata, pane prostrata iacebat. Die igitur Nonarum Ianua-
 rij Pont. max. Neapoli pronunciatus, sedit in sacratissima sede beati Petri
 Apostoli annos VI. menses III. et dies XXI. Neapoli suae coronationis insignia
 suscepit in Ecclesia cathedrali. Hic octo plus minus creauit Cardinales, Epis-
 copos nimirum duos, presb. III. et Diac. II. Anno Domini MCCCXXI. die VIII.
 Calendas Junij Viterbij mortuus est PP. Alexander III. Cadauer
 sepultum in Cathedrali Ecclesia S. Laurentij. Vacauit
 Romana sedes menses III. et dies III.

VRBANVS IIII.



CCVIII.



VRBANVS IIII. Quo nomine ante Pontificatum dictus sit, uel quem Titulu
 in Cardinalatu obtinuerit Urbanus PP. IIII. natione Gallus, patria Trecent.
 humili ac penè sordido genere ortus, uerum animi magnitudine, et moru
 grauitate insignis, adhuc reperire non potuit. Hoc tantum constat, tam ex
 Patriarcha Constantinopolitano Cardinalem ab Alexandro III. creatum
 fuisse. Hic mortuo Alexandro III. Viterbij omnium Cardinalium con-
 sensu in eius locum Pont. max. factus est. die III. Calend. Septemb. sedit
 in Cathedra Beati Petri annos III. mensem vnum, et dies duos. Viterbij con-
 secratus et coronatus. Hic duabus ordinationibus creauit Cardinales duo.
 decim, Episc. II. presbyteros septem, et tres Diaconos. Anno Dominice natu-
 ritatis

latis ^{173.}ccccxli. die xxi. Calend. Augusti PP. Gregorius ix. Roma mortuus est.
Cadaver eius in Basilica Principis Apostolorum sepultum. Vacavit
Sancta Romana sedes menses duos, et dies novem.

CLEMENS IV.



CLEMENS IIII. Guido natione Gallus, ex provincia Romanorum, oriundus,
ex villa S. Egidij, Diocesis Narbonen. Is prius uxorem habuit, sanctissima
feminam, iuriconsultus in tota Gallia celeberrimus, et regis Francorum a
consilijs. Mortuus deinde uxore, ex qua liberos tulerat, Clericus primus factus
est, mox Narbonen. Archiepiscopus, post Episcopus Cardinalis Sabinus
ab Urbano PP. IIII. creatus est. Quo mortuo absens Perusij omnium Car-
dinalium suffragijs Pont. max. pronuntiatus est, die Nonarum Februa-
rij, legatus porro erat Apostolicae sedis ad componendam pacem inter Re-
ges Angliae et Francia. Inde Viterbium veniens, Decreto electionis accepto
atq; approbato ibidem statim coronatus est. Sedit autem ab eius electione
annos tres, menses novem, et dies xxv. Clemens an Cardinales creaverit



incertum nulla enim eius rei memoria quaed sciam extat. Anno
Dominica natiuitatis ccccxxviii. Die III. Calendas
Decembrii Hic beatus PP. Viterbij mortuus
est. Eius cadaver in Basilica Fra-
trum praedicatorum se-
pultum est. Va-
cavit

Romana sedes eo mortuo annos II. et menses IX. et dies duos.

GREGORIUS X.



CCX.



GREGORIUS X. Theobastus natione Italus, patria Placentinus, ex nobili et antiqua Vicecomitum stirpe, ortus, ex Archidiacono Leodiensi abrens in Syria, ubi deusionis causam ad terram Sanctam profectus fuerat extra Collegium post longam sedis uacationem à Card. inter se concordare non ualentibus electus est, Pontifex max. Viterbij die Calendarum Septemb. ob eius praclaras et egregias uirtutis atq; animi doctes ipse possimum creatus. Qui decreto electionis in Syria accepto atq; approbato in Italiam nauigauit, et Viterbium ubi Cardinales erant, uenit. Sedit autem ab eius electione annos iiii. menses iiii. et dies x. Hic v. tantum Cardinales creauit.

Anno Dominica natiuitatis millesimo ducentesimo septuagesimo octauo. Die iii. Idus Febr. Gregorius X. Pontificatus sui anno v. Aretij mortuus est, et ibidem sepultus. Vacauit S. Rom. sedes dies decem.

INNOCENTIUS V.



Innoce

175.

CCXI.

INNOCENTIUS V. Magister Frater Petrus natione Gallus, patria Tarenta-
 siensis, ex provincia Burgundia, professione Claus tralis, ordinis Fratrum
 pradicatorum Generalis Magister, sacre Theologiae Doctor eximius, hic
 in Concilio Lugdunensi Episcopus Card. Ostiensis et Velitronsis à PP.
 Gregorio x. cum alijs quatuor Episcopis Cardinalib. creatus, eo Archiep
 mortuo, ibidem Die xiii. Calend. Febr. omnium Cardinalium suffragi-
 is Pontifex maximus pronunciatus est. Sedit in cathedra S. Petri
 menses v. et dies duos. Roma suę coronationis insignia suscepit. Hic
 Cardinales nullos creavit, Anno Domini MCCXXVI. die x. Calendas.
 Julij Roma in Patriarchis Lateranensi, mortuus est. Cadaver in
 Basilica S. Salvatoris qua Constantiniana ap-
 pellatur sepultum est. Vacavit sedes
 dies decem et novę.



HADRIANVS. V.



HADRIANVS V. Othobonus natione Italus, provincia Liguria, patria Genuen-
 ex nobilit. familia Flisca de Lauania Comitibus oriundus Innocentij iiii. Po-
 pificis Maximi nepos, à quo Diaconus Card. in Diaconia S. Hadriani ordi-
 natus est. Hic mortuo PP. Innocentio v. omnium Cardinalium suffragijs Ro-
 ma in Patriarchis Lateranen. Pont. Max. renunciatus est. v. Idus Julij.
 Inde Viterbium ueniens ibidem mortuus est ante consecrationis munus, et
 coronationis insignia suscepta. Sedit in cathedra S. Petri mensem vnum et
 dies nouem, mortuus est. Cadaver eius in Basilica S. Petri sepultum. Vaca-
 uit S. Romana sedes eo mortuo dies xxxv. et.

CCXII.



JOANNES. XXI.



CCXIII.



JOANNES XXI. Magister Joannes Petrus natione Hispanus, provincia Portu-
 galia, alias Lusitania, patria Vlixiponen. familia incognita, ex patre Juliano, in
 omni doctrinarum et artium liberalium genere uersatus. Hic in Concilio Lu-
 gdunensi ob eius uirtutes à Gregorio PP. x. cum alijs quatuor Episcopis Car-
 dinalib. Tusculanus creatus est. Mortuus uero Viterbij Hadriano PP. v. in
 eius locum omnium Cardinalium suffragijs ibidem Idib. Septemb. Pontif.
 maximus renunciatus est. Sedit autem in Petri cathedra menses octo
 et dies quinque ab eius electione. Viterbij in cathedrati sue coronationis
 insignia suscepit. Hic nullos Cardinales creauit. Anno Domini
 mccc. lxxvii. die xvi. Calend. Junij. Viterbij. ruina Came-
 ra noue à se fabricate oppressus mortuus est.
 Cadaver in Ecclesia Cathedrali sepul-
 tum est. Vacauit Roman. sedes
 menses vi. et dies vii.

NICOLAUS III.



Nicol.

NICOLAUS III. Joannes Caietanus natione Italus, patria Romanus ex nobilissima Ursinorum Gente ortus à morum gravitate compositus appellatus. Hic ob eius uirtutes ab Alexandro PP. III. adhuc iuuenis existens Diaconus Card. in Venerabili Diaconia S. Nicolai in carcere Tulliano creatus est, ac Sancti Apostolorum principis Petri Basilica Archiepiscopus. Hic mortuus PP. Joanne XXI. Viterbij, post longam Cardinalium disceptationem de eligendo successore non conuenientium, tandem omnium suffragiis cum esset S. R. E. Archidiaconus, die VII. Calend. Decembris Pont. max. re-nunciatus est. Sedit in cathedra S. Petri annos duos menses octo, et dies octodecim. Roma in Basilica S. Petri sue coronationis insignia nactus est. Hic una creatione decem Card. creauit, uidelicet Episcopos V. presbyteros II. et Diaconos III. Anno Domini MCCXXX. die XVII. Calendas Septemb. PP. Nicolaus mortuus est in Castro Suriani Viterbiensis.

Diocesis, Cadaver Romam dilatum est et in Basilica S. Petri sepultum. Vacauit S. Rom. sedes eo mortuo menses VI. et dies

sex.

MARTINVS IV.



MARTINVS IIII. Simon natione Gallus de Bria Villa Campania Diocesis Turonensis, humili ac pene sordido genere ortus, uerum doctrina, sanctitate, animi magnitudine, et morum gravitate insignis. Ob quas uirtutes ab Urbano Papa III. S. R. E. presb. Card. in S. Laurentij. Legatus quoque Apostolicæ Sedis pro arduis Ecclesie Romana negotijs in Francia fuit. Demum mortuus



Viterbij PP. Nicolas iii. ibidem in eius locum post diutinas patrum discordias non sine Dei ministeris, omnium Cardinalium suffragijs Pont. max. renunciatus est. Die viii. Calend. Marthij. Martinus iii. appellatus ob deuotione quam S. Martinus Episcopo, habebat in cuius Diocesi ortus fuerat Episcopo, si quidem Tuxonensis sanctus Martinus fuit. Sedit in cathedra S. Petri annos iii. mensem vnum, et dies septem. Viterbij in Pontificem coronatus in Cathedrali Ecclesia. Hic una creatione vii. Cardinales creauit, Episcopum vnum, presbyteros quinque, et Diaconum vnum. Anno Domini natiuitatis mcccxxv. Die v. Calend. Aprilis PP. Martinus iii. Perusij mortuus est. Cadauer eius in Basilica S. Lauren. hij qua Cathedralis est conditum. Vacauit S. Romana sedes dies tantum, modo freis.

HONORIUS III.



CCXVI.



HONORIUS III. Pont. max. Iacobus natione Italus patria Romanus ex antiqua et nobili familia Sabellorum ex patre Luca. Hic Diaconus Cardinalis in Diaconia S. Mariae ab Alexandro iii. creatus est, uix doctus literatus sanctus, ob omnibus uirtutes multas gradus. Quamobrem mortuo PP. Martino iii. Perusij. Quinto die post eius mortem, omnium Cardinalium suffragijs Calendis Aprilis in eius locum Pont. max. renunciatus est. Sedit in sede Sancti Petri annos ii. et dies ii. Romae consecratus et coronatus. Ann. mcccxxvii. Die iii. nonas Apr. Roma mortuus est. Cadauer in Basilica S. Petri sepultum. Vacauit Rom. sedes menses x. et dies xx.

Nicol.

NICOLAVS IIII.



CCXVII.



NICOLAVS IIII. Magister Frater Hieronymus natione Italus, provincia Pica-
na, patria Asculanus familia humili ordinis Fratrum Minorum Minis-ter
generalis olim S. Francisci discipulus, et in conversatione filius, Doctor Exci-
mius in Theologia, presb. Card. ex Generali ordinis sui S. Pudentiana in
It. Pastoris a Nicolao III. PP. creatus, mox a Martino III. Pont. Maximo
Episcopus Card. Praenestinus ordinatus est. Hic mortuo PP. Honorio IIII.
post longam sedis uacationem, ob Cardinalium inter se non concordantium
dissensiones in eius locum Pont. max. omnium Cardinalium suffragijs Ro-
mae, Die VIII. Calend. Martij renunciatus, Nicolaus appellari uoluit ob me-
moriam Nicolai III. qui eum Cardinalem primum creauerat, sedit in cathe-
dra S. Petri Apostoli annos quatuor, mensem unum, et dies quatuordecim.
Romae in Basilica S. Petri sua coronationis insignia suscepit. Hic una or-
dinatione septem Cardinales de nouo creauit Episcopum unum, presbyte-
ros quatuor, et Diaconos II. et ex antiquis Cardinalibus duos, alterum Epis-
copum alterum, Presb. ordinauit. Anno Dominicae natiuitatis MCCXCVII. Pri-
die Nonas Aprilis Nicolaus PP. IIII. Romae in Patriarchio S.
Mariae Maioris mortuus est. Cadaver eius in eadem
Basilica sepultum est. Vacauit Romana se-
des annos duos, menses tres, et
dies duos, ob Cardina-
lium dissensio-
nes
inter se concordare non ualentium.

COELESTINVS V.



CCXVIII.



COELESTINVS V. Frater Petrus Cognomine de Alorone natione Italus, pro-
uincia Abrutis, professione Monachus, ordinis S. Damiani, uix sanctissimus
et Angelicam uitam, cum quibusdam socijs in Hieremo quodam qui Metelle,
appellatur agens, abrens, humilis, et pane incognitus extra collegium Cardi-
natum post longissimi Pontificum interrogorum, quum ob frequentes Car-
dinalium discordias, inter se concordari non ualerent, Perusij omnium Car-
dinalium suffragijs nonis Julij creatus est Pontifex Maximus, non sine,
manifeste spiritus sancti Numine, qui ab electione sua usq; ad spontanea
abdicationem, in sacratissima sede S. Petri, sedit menses v. et dies vii.
Aquilę suę coronationis insignia nactus est, p Jacobum de Columna Ro-
manum Diaconum Card. S. Maxia. Anno ccccxxiii. Die Iduum Decem-
bris Neapoli in Concilio Hic II. coram Cardinalibus sponte Ponti-
ficatu abdicauit. Vacauit sedes dies decem. Vixit post abdicationem
annos duos, et mox hinc est in honesta custodia in castro Fumonis xiiii.
Calend. Junij anno Domini ccccxxvi. in qua a Bonifacio reclusus fu-
erat schismatis occasionem euitaturo. Cadauer eius sepultum in monas-
terio S. Antonij de Ferentins ante maius altare Canonizatus
fuit sub nomine S. Petri Celestini confessoris mins-
ris iiii. Nonas Maij, anno Christi co-
cccxxiii. Aunione Clemen-

te quinto Ponti-

fice Ma-

ximo.

Bonif.

BONIFACIUS VIII.



BONIFACIUS VIII. Benedictus natione Italus, patria Romanus ex nobili
 et antiqua familia Caietana Anagnina oriundus. Hic à PP. Martino III.
 Diaconus Card. in Diaconia S. Nicolai creatus est, mox à PP. Nicolao
 III. presb. Cardinalis ordinatus est in st. S. Siluestri. Demum PP. Caeles-
 tino V. Neapoli sponte abdicante, quum se tante mole impares humeros ha-
 bere cognouisset, admittente et iuuante Rege Carolo in eius locum omnium
 Cardinalium suffragijs Pontifex maximus renunciatus est, praedecessore
 suo uiuente. Sedit autem in sede S. Petri annos octo, menses nouem
 et dies XIX. Romae consecratus et coronatus. Hic aliquot creationibus
 sexdecim creauit Cardinales. Episcopos V. presbyteros VIII. et Diaconos III.
 Hic primus Iubilaei Magni, seu anni Centenarij sollemnitate instituit cele-
 brauitq. Anno Domini Natiuitalis MCCCIII. die V. Idus Octobr. Romae mor-
 tuus est. Cadauer in Basilica S. Petri conditum est. Vacauit S.
 Romana sedes Dies Decem.



BENEDICTVS XI.



BENEDICTVS XI.



CCXX.



BENEDICTVS XI. Magister Frater Nicolaus, natione Italus, patria Taru-
sinus in fino genere ortus, ordinis Fratrum predicatorum ingressus breui
ades in omni disciplinarum generi profecit, ut eius ordinis Magister Ge-
neralis creatus sit. Huius Doctrinam, prudentiam, sanctitatemq; singula-
rem admiratus PP. Bonifacius, eum Episcopum Card. Ostien. ordinavit.
Quo deinceps mortuus. Roma omnium Cardinalium consensu in eius lo-
cum Pont. max. factus est. Die xi. Cal. Nouembris. Sedit in cathedra
S. Petri menses nouem, et dies vi. Roma consecratus et coronatus in Ba-
silica S. Petri. Hic duabus Cardinalium ordinationibus tres Cardina-
les creauit, vnum Episcopum et duos presbyteros ordinis sui. Anno Domi-
ni MCCCIII. Die xii. Calend. Maij. PP. Benedictus xi. Perusij uenens in
ficubis sibi dato mortuus est. Cadaver eius in Ecclesia Fratrum predica-
torum marmoreo, quod adhuc extat sepulchro editum. Vacauit S. Roma.
sedes menses ix. et dies vi. ob Cardinalium inter se concordam
ni non ualentiu dissensiones.

CLEMENS V.



Clemens



CLEMENS V. Raymundus del Gots Bertandi militis filius, natione Gallus
 provincia Aquitania oriundus de loco qui appellatur Mibandrau diocesis
 Burdegalensis. Hic a Bonifacio PP. octavo, Episcopus conuenarum primo, mox
 Archiepiscopus Burdegalensis creatus est, mortuus uero anno superiore PP.
 Benedicto xi. mense nono et die sexto, uacantis sedis, in uigilia Pentecostes
 hoc est Nonis Junijs, Anno Domini mcccv. absens et extra collegium
 Cardinalium, miro astu Card. Pragensis, Regi Francorum in hoc gratifi-
 care cupiens, a Cardinalibus Perusij in Conclauis iam per nouem menses
 existentibus, et inter se concordare non ualentibus (quamuis a Perusinis
 plures artati fuerint et constricti) in Romanum Pontificem electus est,
 ac Clemens v. appellatus. Qui cum ultra montes Burdegalis esset, decreto
 sue electionis accepto atq; approbato, Lugdunum ex Burdegala sequenti Au-
 gustus uenit. Vbi Card. statim omnes ad sue coronationis solemnitatem ex
 Italia ad se aduersiuit. Qui licet nimium dolentes. Quod cum in Italiam uen-
 turum, et Romae coronam pontificiam suscepturum arbitrabantur ad eum
 tamen Lugdunum adcesserunt. Vbi coronatus est. Sedit in cathedra S. Pe-
 tri annos viii. menses x. et dies xvi. Hic Pont. toto tempore sui Ponti-
 ficatus in gratiam Regis Francorum cuius opera astu tñ Card. Prate-
 sis Regis amici Pontifex max. factus fuerat, ultra montes in Gallia stetit
 quem et eius successores in hoc imitantes, quum omnes usq; ad Gregorium
 PP. xi. Galli fuerint, Romanam curiam Maximo in commisso, non modo
 urbis Roma, sed et totius Christiani orbis ultra montes tenuere sede Aui-
 nione in provincia locata per annos continuos lxx. usq; ad Gregorij xi. te-
 pora, qui ad sedem suam Romanam reuersus est, de quo inferius suo
 loco dicemus. Hic tribus Card. ordinationibus mense Decembri factis creauit
 Cardin. xxiiii. presb. xv. et Diac. ix. Anno mcccxiiii. xii. Calendas Maij.
 PP. Clemens v. Dum ex Auinione proficiscitur Burdegalam super Rhodanum
 in provincia in loco qui dicitur Rocca Maula mortuus est. Eius
 Cadauer Burdegala translatus, ibidem in Cathedrali Burdegalensi sepul-
 tum est, post eius mortem sancta Romana sedes. Vacauit annis
 duobus, mensibus tribus, et diebus xviii. Cardinalibus in-
 ter se de successore concordare non ualentibus.

IOANNES XX.



CCXXII.



IOANNES XXII. Iacobus de Ossa natione Gallus, patria Caturcensis infimo ac
 sordido genere ortus patre Arnaldo de Ossa sutore Veterementario, uerum pru-
 dentia doctrina, et morum grauitate insignis. Hic ab incunte etate cum Ar-
 chiepiscopo Arelatensi Cancellario regis Siciliae Caroli u. nutritus, eius stu-
 diorum comes fuit. Cuius postea opera quum in gratiam Regi Caroli ue-
 nisset ab eo, Episcopus primus Forudensis designatus, mox mortuo Petro de
 Ferraria Archiepiscopo Arelatensi Cancellario Regis, ipse in eius locum Can-
 cellarius factus est, ac p hoc PP. Clementi v. comendatus ab eo primum,
 Episc. Aquensis, mox Auinionen. demum, presb. Card. cum alijs octo creatus
 est. Quo mortuo trium et uiginti Cardinalium suffragijs Lugduni in con-
 uentu Fratrum predicatozum congregatozum Die vii. Idus Augusti. Pont.
 max. creatus est. Sedit in cathedra S. Petri annos xviii. menses iii. et dies
 xxviii. Lugduni in cathedrali Ecclesia sua coronationis insignia nactus est.
 Hic quatuor Cardinalium ordinationibus, mense Iunio et Decembri factis,
 xxvi. creauit Cardinales, presb. xviii. et Diaconos viii. Anno Domini
 mccccxxxiiii. PP. Ioannes xxii. Auinione in Palatio Apostolico mor-
 tuus est. Die pridie nonas Decembris ex uentris solutione, Pon-
 tificatus, anno decimo octauo. Cadauer eius in Eccle-
 sia Auinionensi debito cum honore tumu-
 latum est, maximo quo ad
 huc extat sepulchro.
 Vacauit Ro-
 mana sedes dies xvi.

Nicolaus

NICOLAUS

185.

ccxxiii.



NICOLAUS V. Frater Petrus, natione Italus, ex oppido Corbaris Reatino Diocesis cognomento Remalutij. Qui relicta uxore Joanna Matthei filia de Corbaris, ordinem Fratrum Minorum sub regula S. Francisci ingressus fuerat in Antipapam à Ludouico Bauaro contra Joannem xxii. electus est, Romæ consecratus et coronatus. Hanc ob causam Bellum pro tuendis iuribus Ecclesiasticis gerebat P.P. Joannes xxii. cum Tyrannis Vicecomitibus Mediolani, eoque excommunicatos armis quoque per Legatos suos acriter urgebat. Quo tempore Ludouicus Bauariæ Dux ab Electoribus Germanis in Regem Romanorum post mortem Henrici vii. designatus in Italiam, pro accipiendis Imperij diademate uenerat. Qui quum à Vicecomitibus in eorum auxilium contra Papam accitus esset, bellum contra Ecclesiam pro Tyrannis Mediolanensibus assumpsit, asserens iuris sui esse ea quæ à Joanne P.P. xxii. armis repetebantur. Quamobrem à P.P. Joanne primo ad montibus, in bellum iniustum contra Ecclesiam assumeret, et ille obedire noluisset, ab eo Auinionem citatus est ad Romanam curiam. Cui uidelicet cum adhuc parere recusasset, ab eo Imperio priuatus, et excommunicatus est. Quod ille agresse ferens in P.P. contemptum Romam uenit, seque contra P.P. uoluntatem à quibusdam partium suarum, et præcipue Columnensibus in Imperatorem confirmari iungi et coronari fecit, impie censuris Pontificijs contemptis. Nec hoc contentus tanquam id ad se pertineret Joannem P.P. xxii. coram se ad sententiam dicendam citari iussit, asserens ab Imperio Ecclesiam, et non Imperium ab Ecclesia dependere suiq. iuris esse, quod Imperator designatus esset et coronatus, causas Ecclesiasticas cognoscere, neminemq. mortalium Christianorum extra sui Imperij ditionem abesse. Tandem Joannem Papam non apparentem Pontificatu priuauit depositionis sententia contra eum publice lecta, nec longe post tanquam S. Romana sedes uacaret. Anno Christi mccccxxviii. In solennitate Ascensionis Domini, qua eo anno iiii. Idus Maij fuit, coram omni multitudine Romanorum sibi addamantium omnibusq. sequacibus suis schismaticis qui à Joanne P.P. xxii. spe rerum nouarum ad eum defecerant, in loco eminenti in gradibus ante fores Basilicæ principis Apostolorum ad hoc fabricato, ipse Imperiali ueste indutus cum Diademate, hunc Fratrem Petru

Reinaldus de Corbario, ordinis Fratrum minorum, et bonae fama usque ad id tempus existentem hominem, ex monasterio suo eductum in Papam elegit, seu potius Antepapam, ipsumque per quosdam schismaticos, Episcopos iussu suo consecratum, ut uoxum Christi vicarium ueneratus est. Atque ambo solemnibus indumentis uestiti, missam super corpus S. Petri, alter celebrauit, alter audiuit. Itaque hac ratione electus est, in Papam schismaticum a Ludouico uici Bauari contra Papam Joannem xxii. Sedit in sua obedientia, annos tres, menses tres, et dies quatuor. Eadem die creatus, consecratus et coronatus, id est die Ascensionis Domini iiii. Idus Maij. Anno Dominicae natiuitatis mcccxxxviii. Nicolaus PP. v. appellatus. Hic duobus creationibus Card. octo creauit Presb. vi. et Diaconos ii. Anno mcccxxx. Ludouicus Bauaro Imp. ex Italia in Germaniam proficiscente, Nicolaus PP. v. in sua obedientia nominatus, et ab eodem creatus, tanquam in futurum loco Pisis remansit. (Pisani enim Partium Imperatoris erant) qui non longe post penitentia ducti, quod Antipapam suscepissent, suadente comite Facio, ipsum captum, miserunt Auinionem ad Pontificem Joannem xxii. qui die viii. Cal. Sept. in publico Concistorio ad misericordiam receptus, Pontificatu abdicauit, quum sedit in sua obedientia ad eam diem, annos tres, et menses tres, et dies xv. ab eius creatione. Tunc Papa Ioannes Viginti secundus faciens misericordiam cum eo, ipsum apud se in honesta custodia fere triennis detinuit, omnia ei necessaria subministrans. In qua die vii. Calen.

Octobr. Anno Dominicae Natiuitatis mcccxxxiiii. deficiens maritus eius est, et in habitu Fratrum minorum ad eorundem

Eccliam Auinione sepultus, et sic hac ratione

omnes iam Antipapa quam Bauari consilia

dissipata sunt, Cardinales uero qui

supererant a Nicolao Anti-

papa creati, audita eius

captione abdi-

carunt.

Ita igitur pax Dei sublato schismate Ecclesiae reddita est.

Bene.

BENEDICTVS XII.



CCXXIII.



BENEDICTVS XII. Iacobus natione Gallus, provincia Bolosana, oppido
 Sauarduno Appantiarum Diocesis familia Forneria humeli genere ortus
 uerum Doctrina, sanctitate, et mortuo grauitate tanto Pontificatu di-
 gnus simonia et simoniacis infensissimus. Hic ab incunte etate Mona-
 chus factus est, ordinis S. Benedicti in congregatione Cisterciensi in qua
 adeo profecit, ut in sacra pagina Magister primus, mox Abbas monasterij
 Fontis Frigidis in congregatione sua creatus sit. deinde presb. Card. S.
 R. E. in tt. S. Aquila et Priscæ a Ioanne PP. xxii. appellatus. Mortuo au-
 tem PP. Ioanne xxii. Auimone in monasterio predicatorum in eius lo-
 cum omnium Cardinalium suffragiis. Calend. Ianuarij Pont. Max. renun-
 ciatus est. Sedit autem in Apostolica sede annos vii. menses iiii. et dies vi.
 Auimone, et Ibidem more Antiquorum consecratus et coronatus. Hic una
 creatione Auimone facta, mense Decembri, creauit sex presbyteros Cardinal.
 Anno Dominice natiuitatis mcccxxii. PP. Benedictus xii. Auimone in
 Palatio Apostolico Pontificum, quod ipse a fundamentis fabrica-
 uit, in die S. Euangeliste Marci vii. Calendas Maij
 ad Christum migravit Pontificatus anno
 octauo. Cadaver eius in Ecclesia
 Cathedrali Auimonen-
 si honorifice sepul-
 tum est.
 post eius mortem uacauit S. Romana sedes
 dies xiii.

CLEMENS VI.



CCXXIII.



CLEMENS VI. D. Petrus Mostrius Rogerij filius de Malmonthe Lemonicensis
 Diœcesis Monachus niger conuentualis, ordinis S. Benedicti, Magister in
 Theologia Parisij Doctoratus insignijs suscepit, Abbas monasterij Case Dei
 Claramontensis Diœcesis, post factus Archiepiscopus Arelatensis, mox Seno-
 nen. Demum Rothomagensis. Porro autem à PP. Benedicto xii. presb. Card.
 in tt S. Achillei creatus est. Quo mortuo Auimione omnium Cardinalium
 in Conclau tunc existentium suffragijs Pont. max. renunciatus est. Se-
 dit in cathedra S. Petri annis x. et menses vii. Auimione coronatus est, eode
 die. Hic tribus ordinationibus mense Decembri factis, xxv. creauit Card.
 presb. xix. et Diaconos ix. Anno Domini mccccl. Pontificatus, anno viii.
 Papa Clemens vi. ad preces populi Romani, annum Iobilei magni, quem
 centesimo quoque anno celebrandum Bonifacius viii. PP. instituerat, pri-
 musq; anno mccc. celebrauerat ad quinquagesimum decursauit, et hoc ano
 mure Mosais, e conuentione iterum celebrari mandauit, Legato Apostoli-
 ce sedis de latere pro hac re ad urbem missi Domino Flamibalds de Cecano
 Romans, Episcopo Cardinale Tusculanensi. Anno mcccclii. Die viii. Idus
 Decemb. Auimione in Palatio Apostolico Pontificum mortuus est. Doming
 PP. Clemens vi. Pontificatus sui anno xi. Cadauer eius ad Ecclesiam
 monasterij casa Dei Claramontensis Diœcesis, ubi quondam
 monachus et Abbas fuerat relatum, ibidem so-
 norifice conditum est. Vacauit co
 mortuo S. Romana se.
 des dies xi.

Immo

INNOCENTIUS VI.



INNOCENTIUS VI. Stephanus natione Gallus, patria Lemonicensis ex patre Alberto. Causarum in Romana curia primus Procurator, post Iudex, deinde Clericus, post Episcopus Nouiodunen. fuit. Hic in utroq; iure exercitissimus fuit. A Clemente uero vi. PP. Nouiodunensi, Episcopo Claromontensis factus est, deinde S. R. E. presb. Card. post maior penitentiarum ordinatus, eo mortuo Auenione in palatio Apostolico, ab omnibus Cardinalibus in eius locum Pont. Max. renunciatus est, die xv. Calendas Ianuarij. Sedit autem in Petri cathedra annos nouem, menses viii. et dies vi. Auenione consecratus et coronatus, in Ecclesia cathedrali. Hic tribus Cardinalium ordinationibus, xv. Card. creauit. In his Presbyteros xii. et Diaconos iii. Anno Dmni. mcccclxxii. Die x. Cal. Septemb. Auenione in Palatio Apostolico sanctus PP. Innocentius vi. mortuus est, eius cadaver sepultum est in Ecclesia S. Mariae, postea ad monasterium Carthusia delatum, quo mort. uacauit S. R. sedes mense vno. 22.

CCXXVI.



VRBANVS V.





VRBANVS V. D. Guilhelmus Grisart Grimaldi filius natione Gal.
 lus, patria Lemonicensis, professione Monachus, ordinis S. Benedicti
 Abbas monasterij S. Victoris Diocesis Massiliensis. Hic mortuus PP.
 Innocentis V. a. xx. Cardinalibus in conclavi existentibus, quum in-
 ter se concordare non possent. Die x. Cal. Octobr. extra collegium
 Cardinalium et absens in Romanum Pontificem electus est. Erat
 enim Apostolice sedis ad Vicecomites Tyrannos Mediolanenses nuncijs
 qui decreto electionis accepto atq; approbato statim Avinionem uer-
 sus iter arripuit, Urbemq; die pridie Calend. Nouemb. ingressus est.
 Ibiq; eo die intronizatus Urbani V. nomen accepit. Sedit autem ab eius
 electione in Petri cathedra, annos viii. menses ii. et dies xxii. Avinio-
 ne coronatus p manum Arnaldi S. R. E. Archidiaconi. Hic aliquot Car-
 dinalium ordinationibus xv. Cardinales creauit, x. presb. et quinq;
 Diaconos. Anno Domini mcccclxxx. Die Iduum Decembris, Urbani
 V. Massilie in monasterio S. Victoris, ubi ante Pontificatum Abbas
 fuerat, mortuus est. Cadauer eius in Ecclesia S. Victoris ho-
 norifice conditum est. Vacauit eo mortuo S. R.
 sedes diebus tantum undecim.

GREGORIUS XI.



GREGORIUS XI. Petrus Belfortis natione Gallus, patria Lemonicensis,
 PP. Clementis VI. ex sorore Germana nepos, a quo decimum septimu
 annum agens in secunda sua Cardinalium ordinatione, Diac. Card.
 creatus est in uenerabili Diaconia S. Mariæ Virginis. Vir prudens
 literatus

191.
 literatus, moribus sanctissimis et uita sanctitate insignis. Qui mortuo PP.
 Urbano v. Massilię in eius locum a Cardinalibus, qui eo Conclauis inter-
 fuerunt xi. uacantis sedis die Pontifex max. factus est et Gregorius
 xi. appellatus. Sedit in cathedra S. Petri annos vii. menses iii. et dies
 iii. Massilię suę coronationis insignia suscepit. Hic duobus ordinatio-
 nibus Cardinalium, Cardinales creauit xvi. Presb. xi. et Diaconos v.
 PP. Gregorius xi. animaduertens propter absentiam ex Italia et vr-
 be Roma, Romanorum Pontificum, infinita mala et scandala in Ec-
 clesia Dei esse exorta et passim exoriri, omnemq; ditionem in Ecclē-
 siasticam quam Roma Ecclesia in Italia habet, et præsertim patri-
 monium S. Petri a Tyrannis occupata esse, in Italiam ad urbem
 Romam ut tot malis subueniret uenire decreuit. Quapropter Anno Dni.
 mccccxxvi. mense Septembri super Tretemes ex Gallia et Auimone sol-
 uens ad urbem Romam applicuit die xvii. Januarij anni sequentis m.
 ccccxxvii. Curiamq; Romanam ex Gallijs septuagesimo primo anno
 postq; ex Italia p. PP. Clementem v. translata fuerat. Romam redu-
 xit. Anno Domini mccccxxviii. Die vi. Cal. Aprilis Hic Roma in
 Palatio Apostolico S. Petri mortuus est, cadauer in Diaconia S.
 Marię noua sepultum est. Vacauit eo mortuo Sanc.
 Romana sedes dies xi.

CLEMENS VII.

CLEMENS VII. Robertus Gebenensis Gallus de familia Comitum Geben-
 nensium, Episcopus Cameracensis. S. R. E. presb. Card. A Gregorio vnde-
 cimo Pont. max. in principio sui Pontificatus creatus. Fuit sub eodem
 PP. sedis Apostolica in Lombardia, Romandiola, et Marchia Anconita-
 na Legatus. Hic descendens ab Urbano vi. ob nimiam morum eiq;
 asperitatem Cardinalib. Fundisq; pro electione alterius Romani Pon-
 tificis conuenientibus, omnium Cardinalium, qui xv. erant unanimi se-
 tentia ac uoluntate, quinto mense, et die xxiiii. a PP. Gregorio xi. obi-
 tu Pont. max. nisi Antipapa fuerit renunciatus est. die xii. Cal. Sept.
 Sedit hic PP. in Apostolica sede annos xv. menses xi. et dies xxvii.

CCXXVIII.



Anno Christi MCCCXXIX. Die prid. Calend. Nouembr. Fundis in Eccle.
 sia cathedrali Clemens vii. sup coronationis insignia suscepit p Jacob.
 Ursinum S. R. E. Archidiaconum Romanum. Hic quatuor ordinatio-
 nibus mensibus Ianuariis, et Decembri factis xv. Card. creauit, xiii.
 Presby. et Duos Diacones. Anno Domini MCCCXXIII. Die xvii. Calend.
 Octobr. PP. Clemens vii. Auimone mortuus est, et in Basilica S.
 Mariae in choro Fratrum ordinis Cisfexciens. sepultus. Vacauit
 S. Romana sedes Auimone in illa obedientia
 dies duodecim.

BENEDICTVS XIII.

CCXXX.



BENEDICTVS XIII. Petrus de Luna Casaraugus Tanus de Regno Arma-
 goniae Hispanus nobilissimo genere ortus, utriusq. Juris D. creatus fuit
 Cardinalis Diaconus S. Mariae in Cosmedia Auimone a Gregorio PP.
 xi. legatus Apostolicę sedis sub Clemente vii. in Hispaniarum Regnis
 post mortem PP. Clementis vii. a Cardinalibus eius obedientię Pont.
 Max. Auimone iiii. Calend. Octobr. factus est. Sedit in sua obedientia
 Auimone et Hispania annos xxii. menses ix. dies xxviii. usq. ad con-
 cilium Constantiense, in quo priuatus est, uerum in sua sententiā per-
 manens, contra Concilij Constantiensis decreta, in Hispaniam recedens,
 et loco munitissimo (Panischole ei est nomen) se continens, usque du-
 uixit, Pontificatus Romani insignia retinuit, quod tempus fuit annor.
 xxx. ab eius scilicet creatione ad eiusdem obitum. Mortuus est autem
 in Hispania in oppido Panischole, Die iiii. mensis Septembris, Anno.
 MCCCXXXIII. decrepitate ætatis, ibiq. sepultus, est. Tunc illi duo Cardina-
 les seu potius Anticardinales qui apud eum remanserant, uidelicet
 Carthusianus, et Julianus de Dolsa non sine uoluntate Alphonsi
 Arragonum Regis Martini v. insensu, quod ab eo titulum Regni Sici-
 liae repetere non poterat, nouum Idolum consti-
 re aggressi sunt. Is fuit appel-
 latus.

Egidio

CLEMENS.

193.

CCXXXII.



EGIDIUS Munionis Canonicus Barcinonensis Hispanus Clemens PP. VIII. in sua obedientia appellatus. nobili genere ortus à duobus Anticardinalibus Pamischole post Benedicti xiii. obitum Romanus Pontifex contra Martinum v. creatus, mense Septembri Prophanatisini de se facte consensus, sedit autem seu potius intrusus fuit circa menses octo. Hic more Romani Pontificis primo coronatus est. post Decembri sequenti in uos Cardinales creauit, et ea omnia fecit qua per Pontifices Romanos fieri consueuerunt. Anno Christi mccccxxv. Pontificatus PP. Martini viii. Die Luna vi. Idus Ianuarij D. Petrus Card. de Fuxo uulgo appellatus factus est à PP. Martino v. Legatus de latere in Regnis Hispaniarum et praesertim Arragonia ad reliquias schismatis qua ibi remanebant Tollendas, et vi. Nonas Martij ex urbe discedens in Hispaniam profectus est, in cuius manibus Maio sequenti, ex consensu Alphonsi Regis Arragonum Domino Papae Martino reconciliati in cuius regno erat Castrum Pamischole ubi dictus Egidius prophanatus manebat cum Anticardinalibus) ipse Egidius Clemens viii. appellatus suo praetense Pontificatus sponte resignauit, eumq; paulo post Martinus PP. v. in Episcopum Maioricensem promouit. Omnesq; ab ipso creati Cardinales libere suis Cardinalatibus cesserunt. Duo autem Anticardinales dicti Petri de Luna, qui hunc Egidium Antipapam creauerant in sua duricie permanentes, ab ipso Domino Legato capti sunt, et Diris carceribus mancipati, ubi et diem suum obierunt. Sicq; ex omni parte longissimum schisma quod p vii. et quadraginta annos durauerat, studio Martini v. PP. Deo optimo maximo adiuuante omnino extractum est per ministerium D. Petri Cardinalis de Fuxo

Apostolicae sedis in Hispaniarum Regnis Legati.

Et sic Laus Decus, et Honor, tibi sit Christe Redemptor

Amen.



CCXXXII.



VRBANVS VI. antea D. Bartholomeus Buhillus, natus est Neapoli, in loco qui uulgo Infernus appellatur, ex patre ignobili Pisano, operam dedit in iuuentute literis, et Iurisprudentiæ, tandemq; factus est Iuris utriusq; D. et absente D. Petro de Monturucis Episcopo Prenestino, Cardinale Paphlagonense S. R. E. Vicecancellaris, cancellaria Apostolica in Italia Regens, primo Archiepiscopus Materanus, et Archiepiscopus Acheruntinus à Gregorio XI. PP. præcessore eius designatur. Hoc mortuo, ipse Pont. Max. creatus, cum nondum esset Cardinalis in Conclauis Vaticano VI. Idus Aprilis: post approbata electione, sequenti die in Apostolica sede, est inthronizatus, et Urbanus VI. appellatus, ac demum in Basilica Sancti Petri coronatus est. Sedit Cesare Wenceslas Rege Romanorum ann. XI. menses VI. dies VI. Perniciosissimum et teterrimum schisma eiusdem occasione, alio Pontifice, ab eisdem Cardinalibus, qui eum creauerant, electo Clemente VII. inchoatum, in quinquaginta annos productum est. Cardinales enim tam Galli quam Itali, dolentes Pontificem nimis consummatem, morosum, asperum et inhumanum (sicuti et erat) deiecit, deferunt ab eo, excepto uno Cardinale Petro Vesino Archidiacono, Circa Idus Maius Anagninæ Urbanus VI. abrogant Pontificatum, inuasorem eum Apostolica sedis uocantes et intrusum, demum sequenti anno mense Septembris Fundis in Campania Urbanum iterum dampnantes Clementem VII. elegerunt. Quod cognoscens Urbanus VI. ipsos Cardinales cum Clemente VII. anathemate notauit, Cardinalatibus priuauit: quod illi nihil facientes, cum suo Antipapa Auinionem in Galliam recesserunt. Quinque autem
Card.

Cardinales aduersarios suos interceptos, Genua iussit in carcere necari,
 eorumq; cadauera in mare abyssi, accusatos, crimine saepe maiestatis. Cum
 autem, ut dictum est, se uideret desertum a Cardinalibus, ut se muniret,
 quatuor ordinationibus, mensib. Ianuarii Septemb. et Octobri factis
 XLVIII. Cardinales creauit Episc. iiii. presb. xxvii. Diaconos xvii.
 Pontificatus sui tempus Romae potissimum, Neapoli, Luceria, Panor.
 mi in Sicilia, Genua, Pisis et Luca, absumpsit. Iubilaei annum ex
 quinquagesimo ad trigosimum tertium reducens, eum ccccxciii cele.
 brari curauit. Carolum iii. de Durachis uocatum, Ioanna Regina
 Neapolitana, qua Clementi vii. adhaerebat, priuata Regem Neapolita.
 num creauit, coronauit, ac in obtinendo regno pecunijs et comiteatu,
 adiuuit: Cum eo tamen postea in tantum inimicitias exercuit, ut eu
 anatbematate notatum etiam regno exueret. Urbano vi. partes contra
 Clementem vii. sequute sunt Italia, Germania, Hungaria et Anglia.
 Demum ipse anno Christi ccccxcix. die iii. Idus Octobr. Roma.
 mortuus est, et in Basilica S. Petri sepultus marmoreo monumento, Va.
 cauit post eius obitum sedes Apostolica dies decem et septem.

BONIFACIUS VIII.



BONIFACIUS IX. Papa, Petrus Tomacellus, gente nobili ex Nidi curia
 Neapoli ortus, ex Prothonotaris Apostolico ab Urbano vi. PP. Diaconus
 Card. creatus, Anno Christi ccccxcv. paulo post ab eode Luca pres.
 byter Card. ff. S. Anastasia ab eo consecratus est. Tandem eo defuncto
 Pontifex max. creatus est. in conclauis Vaticano iii. Nonas Nouembr.

CCXXXIII.



Anno MCCCXXXIX. Cardinalium XIII. suffragijs annum agens, (non ut ait Platina circiter XXX. sed XLV. coronatus apud S. Petrum III. Idus No. uembriis. Sedit Cesaribus Wenceslas Boemus, et Roberto Bauaro Romanorum regibus in schismate contra Clementem VII. et Benedictum XIII. Auinione commorantes, annos XIII. menses XXI. Iubileum annum tertio. anno MCCCXC. ab Urbano VI. institutum, et quarto more ueteri anno MCCCC. celebravit. Primus Romanorum Pontificum post reditum apostolica sedi ex Gallia summum imperium urbis Romae, ciuibus se dendibus, obtinuit. Mausolei Hadriani arcis instar, et capitolis munitis, pontificum ditatem stabiliiuit, maiestatem nutantem confirmauit. Romanum patrimonium Tyrannorum ui amissum recuperauit, Latium, Campaniam, Picenum, Etruriam, Flaminiam, et Aemiliam prouincias; item magnas urbes Narniam, Tuder, Spoletum, Urbem ueterem, Viterbium, Perusiam, Forumliuuij, Fauentiam, Bononiam ecclesiastico imperio res tituit: Robertum Bauariae Ducem, et Rheni comitem Palatinum, Wenceslas ob ignauiam in ordinem redacto, Casarem designatum, confirmauit. Ladislas Caroli III. filio adhuc puero regnum Neapolitanum quo Andegauenium factione pulsus fuerat restituit, defendit eumq. Angeli Acciaiolii legati cardinalis opera regem munxit; eius patre factum functum Urbani VI. diuini absoluit, Ex duobus fratribus, alterum Spoletinum ducem, alterum Piceni principem beneficiario iure constituit. Palatium Vaticanum, quod nunc sup. est, perpetua pontificum sedi inchoauit. Ordinationibus duabus factis, Cardinales VI. nouos creauit, quin.

que sup. sitis ab Urbano VI. priuatos restituit. Obijt Roma in Vaticano, seu in Palatio Apostolico iuxta S. Petrum, sexagenarius Cal. Octobris, anno MCCCXIII.

Vacauit sedes Romana eo mortuo dies XIX.

Sepultus

in

Basilica S. Petri monumento lapideo, quod in ecclesie uirginali dirutum fuit. &c.

Anno

INNOCENTIUS VII.



CCXXXIII.



INNOCENTIUS VII. Sulmonensis, natione Italus, Valnensis Diocesis, ex prouintia Aprutis, honestis parentibus, medicisq; genere ortus est. In adolescentia Iurisprudentia operam dans J. V. Doctor factus est. Tandem sub Urbano VI. PP. Clericus Camere Apostolica, et eiusdem Camere fructuum in Anglia Collector, postea ab eodem Urbano, priuato pileo Cardinale Rauennate factus est primo Archiepiscopus Rauennas, deinde Bononiensis Episcopus. Idem postea eum Thesaurarium et vicecamerarium fecit. Eo defuncto successor Bonifacius IX in principio pontificatus sui presbyterum Cardinalem fecit. Tandem Bonifacius IX defuncto, cum uacasset sedes dies XIX. in palatio Apostolico, XII. Cal. Nouemb. anno Domini MCCCIII. nouem Cardinalium suffragijs in Pontificem summum eligitur, et Innocentius VII. appellatus. eo die in Basilica S. Petri sue coronationis insignia suscepit. Sedit in schismate contra Benedictum XIII. Antipapam annos II. dies XXI. Sub Cesare Roberto Bauaro rege Roman. Hic assexto ditionis Ecclesiasticae, Ladislaum regem Neapolitanum urbis Romae infestis signis inbiantem populo ad arma concitato vrbe submisit. Cuius fraudibus et dolis, cum aliquot ciuium Romanorum insidijs ipse Pontifex pons circumuentus esset, eius fratris filius Pontifice in scis undecim ex his interfecit. Ea re furantis populi timore vrbe excedens, Viterbium concessit. Unde paulo post a populo reuocatus in urbem redijt. Creauit duobus ordinationibus Cardinales XII. Episcopu vnum, presb. VIII. et Diaconos III. Obijt Romae anno Domini MCCCVI. die VIII. Idus Nouemb. Sepultus in Basilica S. Petri, post eius mortem uacauit sedes Rom. dies XXIII.



CCXXXV.



GREGORIUS XII. Papa, Venetus natione ex patritia familia Diocesis Castellane prius Angelus Corarius nominatus, uix religioſe uitae exiſtimatus, Magiſter in Theologia, Epicoſopus Caſtellanus Patriarchatus Venetiarum a Bonifacio IX factus eſt, Innocentij VII. Referendarius, aſſiſtens et ſolius in palatio fuit. Ab eodem Marchiae Anconitanę rector, poſtmodum ab eodem preſbyter Cardinalis S. Marci titulo ordinatus eſt. Hic mortuo Innocentio VII. a Cardinalibus XIII. poſtquam uacaret ſedes XVIII. dies, una cum alijs XIII. Cardinalibus Roma pro electione noui Pontificis ingreſſus eſt, utq; pernicioſum ſchiſma tolleretur, iurauerunt omnes, ut ſi aliquis eorum in Papam eligi conſiſſet, ne ipſe crearet nouos Cardinales inſcijs et inconfultis patribus, et ut ſumopere operam daret ꝑ uiam ſimplicis ceſſionis Papatus infra XV. menſium ſpatium, ut ſic unis in Eccleſia fieret: dum modo et Benedictus XIII. idem faceret. Demum ipſe Angelus Corarius XIII. Cardinalium ſuffragijs ſummus Pontifex renunciatur, et Gregorius XII. nominatur octuagenario maiore XIII. Cal. Decemb. Anno MCDVI. ac poſtea in Baſilica S. Petri ſue coronationis inſignia nactus eſt. Ipſe uero Pontifex renunciatus iurauerit promiſit denuo ſe omnia facturum, qua ante creationem cum ceteris iurauerat, nempe ſe nouos Cardinales ſine Conſenſu totius collegij non creaturum: Et quod ꝑ uiam ceſſionis papatus ſui infra XV. menſium ſpatium Eccleſiam Romanam ſublato ſchiſmate uniret, dum modo Benedictus XIII. idem facere uellet. Sedit autem uſq; ad Picenum concilium annos II. menſes VI. et dies VI. Cum enim contra iuramentum facti

factum sine consensu Cardinalium ipse nouos Cardinales absq; rationali
 causa creasset, et Cardinales ueteres animaduertent Vtrumq; Pontifi-
 cem Gregorium xii. et Benedictum xiii. detractare de positionem ponti-
 ficatus; ab utroq; secedentes, eosq; deserentes, Pisa conuenerunt Concilio
 indicto, atq; ibi utrumq; Pontificem damnantes tanqua' periurissis here-
 ticis et collusoribus publico decreto nonis Junij anno mcccix Pontifica-
 tum abrogarunt; Et alium Pontificem elegerunt, quem Alexandrum
 v. appellarunt. Gregorius autem audita eius in concilio Pisano depo-
 sitionis sententia, et noui Pontificis assumptione, nibili sicuti et Bene-
 dictus xiii. fecit sententiam concilij, asserens se esse verum Papam, et
 neminem se excepto habere potestatem indicendi concilium generale,
 Papatus insignia non minus retinuit, usq; ad concilium Constantiense.
 Timens tamen, ac metuens, ne contra se procederetur iuxta Concilij
 presati sententiam, locis munitissimis et securis apud amicos suos se
 continebat, modo in regno Neapolitano apud Regem Ladislaum, modo
 apud Forum iulij, modo apud Malatestas Arimini Dominos, Sicq;
 uixit annis continuos vi. usq; ad concilium generale. Videns aute
 se a Cardinalibus desertum, et tantum quatuor Cardinales, quos ipse
 creauerat, suorum esse partium, ut se muniret, tertio periurium co-
 mittens, denus Cardinales creauit Senis in Tuscia. Demum ipse Gre-
 gorius xii. Anno Christi mcccxv. per procuratorem suum Carolum
 Malatestam Arimini Dominum ac in Romandiola Ecclesie Vicarium
 generalem pro bono pacis, et vnione in Ecclesia Episcopi facienda iiii.
 Nonas Julij absens Pontificato suo abdicauit in Concilio Constantiensi, cu
 et Balthasar Cossa, Ioannes xxiii. dictus paulo ante etiam Pontificatu
 deposuisset. Quapropter Gregorius xii. ex concilij decreto creatus est, seu
 remansit Cardinalis Episcopus, et Decanus Collegij Cardinalium, perpetuo
 q; Marchie Anconitane de latere legatus, Cardinalesq; omnes, ab ipso cre-
 ati, in Cardinalium ceterorum collegium ex Concilij sententia sunt as-
 cripti. Sedit Gregorius xii. Sub Roberto Bauaro et Sigismundo Bohemo
 Cesarib. Augustis contra Benedictum xiii. Alexandrum v. et Ioannem xxiii.
 Pontifices, usq; ad eam diem, qua abdicauit, a principio sue electionis annos

viii. menses vii. dies v. Duabus ordinationibus creauit Cardinales xiiii. Epis.
copum vnum, presb. x. et Diacon. ii. Qui tamen pro Cardinalibus non sunt
habiti, nisi post ipsius abdicationem, ut dictum est. Obijt hiemis post ab.
dicationem Episcopus Cardinalis, paulo ante Maximi v. PP. crea.
tionem Recanati Anno mcccxxvii. nonagenarius, ibiq; in
cathedrali Ecclesia se.
pultus.

ALEXANDER V.



CCXXXVI.



ALEXANDER V. Papa, antea Petrus Philargi, Cretensis in Grecia natus
ex ignobili, attamen honesta familia, operam dans in iuuentute liberalibus
artibus, factus est artium et philosophię Doctor et S. Theologiae Magister.
Demum Joanni Galeatii Virtutum Comiti, Duci Insubrum a consilio fuit,
cuius promotione factus est Patriarcha Gradensis, et Episcopus Vicentini
Deniq; studio itidem Joannis Galeatii ab Innocentio vii. Papa Cardinalis
presbyter factus est titulo ss. xii. Apostolorum. Cum uero Gregorius xii.
et Benedictus xiii. in schismate existentes, se abdicare à Pontificatu re.
cusarent, et Cardinales utriusq; obedientia ab eis deficientes Pisis in dicto
Concilio conuenerent, utroq; abdicato et deposito, tandem omnium consen.
su, et Cardinalium xxiii. suffragiis in Papam Romanum electus die
vi. Cal. Julij. Anni mcccclxx. septuagenario maiore, et die nonaru Julij
Anno eodem Pisis coronatus est. Sedit Cesare Roberto rege Romanorū
menses xx. dies viii. Hic humanitate, doctrina, liberalitate, et animi
magnitudine clarissimus fuit, ita in omnes munificus, ut nihil sibi re.
liquerit:

liquere; Quare pex idcum interdum dicere solitus fuit: se ditem fuisse ^{201.}
 Episcopum, pauperem Cardinalem, mendicum Papam, ob profusas et im-
 modicas largitiones. Hic Ludouicum Iuniorum Andegauensem Ducem,
 priuato Ladislas, qui Gregoris xii. adhebat, regem Neapolitanum co-
 stituit, pecunia et comite adiuuit. Pontifex Pisis discedens Bon-
 niam accessit. Nullum nouum Cardinalem creauit, sed tantum quos-
 dam titulos mutauit. Tandem anno Christi mccc. v. Nonas Maij Bon-
 nia moritur, et cadaver eius ad Fratres Minores ibidem sepelitur
 marmoreo tumulo. Post eum licet essent schismatici Pon-
 tifices, uacauit Rom. sedes dies xiiii.

IOANNES .XXIII.



IOANNES .XXIII. antea Baltasar Cossa. Neapoli nobili genere ortus, Ju-
 nis Vtriusq; D. a Bonifacio ix. Papa conciu suo in gratiam patrie ex
 Protonotario Apostolico et Cubiculario Pontificio creatus est Cardinalis
 Diaconus St. S. Eustachij, Flaminiaq; de Latere Legatus. Mortuus Alexan-
 dro v. Bononia, die xiiii. Vacantis sede, xvii. Cardinalium in Conclau
 tunc existentium summus Pontifex creatus. Ioannesq; xxiii. nominatus,
 ac eodem anno, ante Fores Ecclesie cathedralis Bononia coronatus in Pont.
 maximum. Casare Sigismundo rege Romanorum sedit annos v. et dies
 xv. Vix fuit bello et armis aptior, quam religioni, utpote qui nullam neq;
 fidem norat, neq; religionem, rebus profanis magis, quam diuino cultui
 accommodatus. Tribus ordinationibus sedecim creauit de nouo Cardina-
 les. Cum uero schisma ob eius creationem non sedatum, sed auctum esse.

CCXXXVII.



uideretur, tribus iam se pro pontificibus veris gerentibus, quo solus ceteris
 reiectis confirmaretur, suasu Sigismundi Imperatoris, generale Conciliū
 Constantie in Germania indicit: quo ex universo orbe Christiano infini-
 ta confluxit multitudo. Ad Conciliū itaq; et ipse cum suis Cardinali-
 bus uenit, et Anno Domini MCCCXIII, die XVI. Cal. Decemb. conciliū
 inchoauit, iurauit secundum formulam prescriptam, se sponte Ponti-
 ficatum depositurum, si iidem facerent alij duo Pontifices Gregori-
 us XII. et Benedictus XIII. quod fecit VI. Nonas Martij. Anno Dni.
 MCCCXV. Cum autem requireretur ab eo p omnes patres et principes
 ut iuxta iurisiurandi fœderem Pontificatum deponeret, suam digni-
 tatem in periculum uocari cernens, noctu clam habitu mutato, loricaq;
 munitus, de Constantia fugit, habito fuge concilio, cum Friderico Aus-
 trię Duce, a quo etiā comitatus est usq; Schafusiam oppidum hinc
 ipsius Friderici, in Burgundiam inde profecturus. Verum Concilij et
 Sigismundi Imperatoris studiis de fuga retractus, in oppido Sellis Con-
 stantiensis Diœcesis in honesta custodia ex concilij sententiâ, et Impera-
 toris decreto asseruatur. Cum itaq; ibi est, questione capitali in eum insti-
 tuta, ex decreto Concilij damnate, pontificatusq; ei abrogatur die III. Cal.
 Junij, sessione duodecima, quam damnationem et abrogationem ipse pridie
 Calend. Junij approbauit Anno Domini MCCCXV. Cum iam sedisset annos
 V. dies XV. Eo abrogato Apostolica sedes uacauit Annis duobus, mensib.
 V. diebus X. usq; ad electionem Martini V. Papę. Balthasar Costa autē,
 olim Joannes XXIII. Papa, in honesta custodia positus in Castro de Sellis,
 cum multoties clam fugere tentaret, et id conciliū cognouisset, ne seditiō
 p ipsum aliqua oriretur, aut unio Ecclesie impediretur, statim decreuit,
 ut traderetur ipse custodiendus. D. Ludouico Baurię Duci, qui defen-
 sor concilij constitutus erat, concilij nomine, qui ipsum infida custodia
 recludens, tenuit in munitissimo Castro Gotlebes, ubi fere p quadrienni-
 um fuit. Tandem XXX. ducatorum millibus se redimens, liber dimissus
 est, Anno Christi MCCCXIX. Liber factus itaq; Florentiam uenit, ubi hū
 Martinus V. morabatur, ibi ad eius pedes procumbens, eum ut uerum
 Christi Vicarium ueneratus est, et omnia tam de se, quam de Martino

v. PP. in Concilio Constantiensi facta denuo approbavit. Quamobrem
 eodem anno 1521. Florentie à Martino v. die Veneris 19. Cal.
 Julij S. R. E. Cardinalis Episcopus Tusculanus, et sacri Cardinali-
 um collegij Decanus creatur. Atq; ob memoriam Romani Pontificatus
 quem possederat, sedes eius prope, sedem summi Pontificis, paulo
 eminentiore, quam ceterorum Cardinalium posita est. Vixitq; postea
 usq; ad diem Veneris 21. Calend. Januarij Anni eiusdem 1521.
 In quo Florentie, ut putatur ex morore obiit, et ibi in Baptistis
 S. Joannis marmoreo sepulchro conditus est. Cum vixisset
 post Pontificatus abdicationem Annos 111, menses 6.
 et dies 23.

MARTINVS V.



MARTINVS V. Papa, prius Ordo Columna appellatus, filius Agapiti, ex pa-
 tritia familia Roma ortus, et à teneris unguiculis honestis literis eruditus,
 v. I. Doctor fuit, et Urbani vi. PP. Referendarius. Ab Innocentio vii.
 PP. Diaconus Card. titulo S. Georgij in uelabro creatus. Umbriae et He-
 fruriae summa cum aequitate legatus praefuit. Cum uero in Concilio Co-
 stantiensi, res qui de Pontificatu decertabant, repudiati essent, ipse à
 23. Cardinalibus, et plurimis Archiepiscopis et praelatis Quinq; nationu-
 num, tanq; à Concilio generali primus ad Ecclesiae fastigium attolleretur,
 et Pontifex Roman. renunciatus in praesentia Sigismundi Imp. multor-
 um principum et maxima ex omni Europa praefatorum et populi multitu-
 dine, 11. Idus Nouemb. Anno Domini 1447. postquam uacasset

CCXXXVIII.



sedes annos 11. menses v. et dies x. Anno aetatis suae 1. Ipse demum in
 cathedrali Ecclesia iherosolymitana in uniuersa Concilij congregatione coronatus.
 Sedit sub imperio Sigismundi Imperatoris Annos xiii. menses iii. et dies
 x. Eius auctoritate et totius concilij decreto, Concilium generale isidus dis-
 solutum est xii. Cal. Maij Anno Domini mcccxxix. Et in sequens trien-
 nium Concilium generale indictum, Constantia itaq; discessit xvii. Cal.
 Maij, et Gebennis transiens uenit Mantuam, ubi per aliquot menses sub-
 stetit. Demum anno mcccxxx. die vii. Idus Februarij Florentiam abiit,
 et eo. iiii. Calendas Martij peruenit, Florentia autem mansit per menses
 octodecim. Dum ibi moratur, Cardinales creauit, et Balthasarem Cossam
 ex captiuitate liberatum Cardinalem Episcopum Tusculanum et Decanu
 collegij Cardinalium fecit. Florentia autem discessit Anno Christi mcccxxx.
 die v. Idus Septemb. et tandem Romam iiii. Cal. Octobris peruenit. Res
 itaque in urbe turbatas, itaq; in Italia composuit, pace inter dissidentes
 principes composita Ditionem Ecclesiasticam a Tyrannis occupatam recu-
 perauit, Piconos rebelles domuit, Ioannam Neapolitanorum Regnam p-
 legatum suum coronauit, cuius regnum ex regine auctoritate, reiecit Jo. Al-
 fonso Aragonis rege, Ludouico iii. Andegauensi Duci adiudicauit. Ba-
 siliense concilium indixit, Tribus ordinationibus creauit Cardinales xxvii.
 Vnum Cardinalem Episcopum Tusculanum, de quo supra, presbyteros xi.
 et Diaconos v. Ex his uiuens tredecim tantum publicauit: reliqui qua-
 si ex deinde a successore eius publicati sunt. Demum ipse Alexander v.
 Rome in Palatio Apostolico S. Petri, die x. Cal. Martij Anno Domini
 mcccxxxii. Pontificatus sui annos xiiii. apoplexia mortuus est,
 cum uixisset annos lxxiii. et aliquot menses. Cadauere
 eius in Basilica Lateranensi ante Capita SS.
 Apostolorum Petri et Pauli sepulchro
 aeneo, sic ipso mandante, condi-
 tum est. Vacauit eo mor-
 tuo sedes Roma-
 na dies de-
 cem.

Euge

EUGENIUS III.



CCXXXIX



EUGENIUS IIII Papa Italus Venetijs ortus ex patricia familia, Gabriel Co.
 delmerius antea appellatus, Gregorij Pape xii. sororis filius, literis in iuuen.
 tute eruditus, tandem factus est Canonicus Regularis, Coelestini habitus
 Congregationis Venetiarum S. Georgij in Alga, ab auunculo PP. creato,
 Protosynodus Apostolicus, Thesaurarius, electus Episcopus Senensis, et
 S. Mariae noue primo Diaconus, mox ff. S. Clementis presb. Card. factus
 est. Hic tamen non nisi in Concilio Constantiensi, pro Cardinali haberi
 captus, cum Gregorius xii. pontificatu se abdicasset. Itaq; sub Martino V.
 Papa Marchie Anconitane legatus fuit. Quo mortuo decimo uacantis se.
 dis die, xiii. Cardinalium tunc in conclauis apud Ecclesiam S. Marie
 sup. Minervam existentium cum esset Episcopus Cardinalis Tusculan.
 Pont. maximus renunciatur, et Eugenius iii. nominatur, demum eode
 anno, die v. Idus Martij p. Alphonsum Diaconum Cardinale S. R. E.
 Archidiaconu ante fores Basilica S. Petri coronatq; Concilium Basi.
 liense a Martino v. indictum, statim primo anno sui pontificatus ap.
 probauit, et p. literas mandauit Juliano Cardinali S. Angeli legato Apos.
 tolico in Germania tum propter Hussitarum existentia, ut suo nomine
 illud inchoaret: qui cum propter negotia non posset eo statim ire, suos
 legatos Basileam misit, qui suo et imprimis Eugenij nomine concilium
 illud inchoarent. Hic a Columnensibus Romae oppugnatus est, et mul.
 tis affectus iniurijs: Sigismundum regem Romanorum, coronauit in
 Imperatorem. A Philippo Vicecomite Insubrum et Mediolanensium
 Duce bello uexatus, Florentiam confugit. Demum Joannis Vitelleschi

(quem Cardinalem creauerat) opem recuperauit amissa. Concilium Basiliense à se indictum et approbatum reuocauit Synodum Ferrarię indictam, quo Græci uenerunt, et de reliquione ac auxilio contra Turcas tractarunt, hanc Synodum demum transtulit Florentiam, et ibi absoluit. A patribus uero in concilio Basiliensi propter uaria crimina pontificatu priuatus, et Felix v. Papa contra eum ibidem creatus. Hoc cognosces ipse, quo partes suas auget, ac futiões redderet, conciliūq; Basiliense infirmaret. Florentię in Ianuario Anno Christi mccccxxxix plurimos creauit Cardinales. Demum rediens Romam post decennium ibi quoq; alios cardinales creauit. In Turcas classem misit xvi. triremium, et opem ferret Græci secundum fæderis formulam: in terra uero christiana misit contra eosdem rex Julianum Cardinalem. Ipse ordinatōnibus sex, diuersis locis et temporibus xxvii. Cardinales creauit, nepe presbyteros xxiiii. Diaconos iii. Episcopos vi. Tandem anno Christi mccccxlvii. die vii. Cal. Martij, in Palatio Apostolico S. Petri Romae moritur, cum sedisset Cesaribus Sigismundo, Alberto ii. et Friderico Austriacis Imperatoribus Augustis Annos xv. menses xi. et dies xxiiii. Sepultus in Basilica S. Petri. Post eius obitum vacauit sedes Apostolica dies decem. 2e,

FELIX V.



CCXXXX.



FELIX V. PP. Allobrox natione, Amadeus antea nuncupatus, de domo Ducum Sabaudiensium, et ipse olim Dux Sabaudia. Hic filijs suis ducatu relicto, ut Christo inseruiret, solitariam elegit uitam, et factus

factus est Decanus ordinis S. Augustini loci S. Mauricij de Ripavia, Gebennensis Diœcesis. Porro cum Eugenius III. Basiliense concilium antea à se approbatum reuocasset, Ludouicus Alamannus Gallus, Arelatensis Archiepiscopus, et presbyter Card. ff. S. Susane, qui concilio præerat, et reliqui patres consultarunt de abrogatione Eugenij ab uaria ipsius Crimina, tum quod Basiliense conatus fuerat dissoluere, conciliatis Gallis, qui in Germaniam irrumperent, et patres Basilea congregatos diffugere cogere, qui tamen ab Heluetijs fortiter repulsi sunt. Abrogato itaq; et de Pontificatu deiecto Concilij sententiâ Eugenio III. Ipse Cardinalis cum alijs xxx duobus electoribus designatis conclave paratum in Episcopali palatio Basilea ingressi, septimo die postq; conclave ingressi fuerant, à depositione uero Eugenij III. Pape mense III. die XII. nempe Nonis Nouembris, xxxvi. patrum suffragijs Amadeum prædictum tunc in solitudine ripariæ Gebennensis Diœcesis uitam Angelicam agens in Pontificem summum crearunt. Hic Anno Christi MCCCXXXIX. in sessione publica xxxviii. Concilij Basiliensis xvi. Cal. Ianuarij eius anni electioni de se facte consentiens non longe post Basileam uenit, et Felix V. Appellari uoluit, confirmatus in sessione xxxix. tandem Anno Christi MCCCXL. Pontificatus sui primo Basilea die Dominica ix Cal. Augusti coronationis sue insignia cepit ante fores Ecclesiæ Basiliensis per Ludouicum Archiepiscopum Arelatensem presbyterum Cardinalem ff. S. Susane cum ab eodem prius in presbyterum et Episcopum ordinatus esset. Ipsius auctoritate et concilij decreto Anno Christi MCCCXL. die xvii. Calend. Iulij Pontificatus Felicis V. Pape anno tertio celebrato xlv. sessione finis eidem concilio Basiliensi finis imponitur, et in sequens triennium Lugduni in Gallia celebrandum concilium indicitur, cum Basiliense durassent annos xi. menses ix. et dies xxxvi. Creauit xxxiii. Cardinales ordinationibus quatuor, quorum tres tantum à Nicolao V. recepti sunt. Habitaui potissimum Gebennis et Lausannæ. Seditq; contra Eugenium III. à pontificatu concilij sententiâ depositum, et Nicolaum V. huius successorem Pontifices Romanos Annos ix. menses vi. et dies vii. Tandem precibus Friderici III. Imp.

a Nicolao v. Papa sollicitati permotus, ac concordie consulens, ut schisma perniciosum tolleretur, Papatum sponte deposuit, et omnibus iuribus et rationibus, quas in eo habebat Nicolao v. Pont. renunciauit Anno Domini MCCCXXIX die v. Idus Maij, pontificatus sui anno IX, mense VI. et die VII. Quamobrem a Nicolao v. Papa. S. R. E. Episcopus Cardinalis Sabinus, et Collegij Cardinalium Decanus, perpetuusq; totiq; Germanie Apostolica sedis de latere Legatus, ac Vicarius generalis creatus est. In quo p aliquot tempus uiuens tandem Lusane diem suu obiit, itaque ibi honorifice sepultus est, in cathedrali Ecclesia,

NICOLAUS V.



CCXXXI.



NICOLAUS V. Italus, Lunensis, Thomas Sarzana appellatus ab oppido Sarzana Lunensis agrj, medicis parentibus ortus, Virtute, doctrina, comitate gratia, liberalitate et magnificentia tanto Pontificatu dignus. Hic adolescens Bononiae literis operam nauans, Theologicam et Philosophiam didicit adiutus munificentia D. Nicolai Albergati S. Crucis Cardinalis, et artium Theologiaq; Doctor euasit. Lucani cognomen suscepit, quod Luca adoleuisset. Eugenio III. obuiusum et in tollenda Germanorum neutralitate industriam gratis, ab eo Episcopus Bononiensis, et presby. Card. H. S. Susane creatus est. Hoc mortuo, conclauis in sacraui Pradicatorum ad Minerue facta, xvii. Cardinalium suffragijs summus Pontifex renunciauit, et ad S. Petrum coronatus est. Sedit Friderico III. Austria Imp. annos vii. dies xix. Annam Iubileum Anno Christi MCCC, celebrauit sexto. Fridericum Augustum, et eius coniugem Eleonora

corona.

209.

coronavit Romæ. Urbem novis fabricis exornavit. Schismate Felice v.
 abrogante sublato, pacem Ecclesiæ restituit. Coniurationem Urbanam
 aliquot Ciuibus Romanis castigatis, repressit. Cum Constantinspoli
 Turcæ occupassent, statuit bellum Turcis inferre, sed nox artificis do-
 loribus uexatus tandem, cum tribus ordinationibus xi. Cardinale de
 nouo creasset, quosdamq; ab Eugenio iiii. priuatos restituit, et tres
 ab Felice v. factos ceteris ascripsit, moritur. Romæ in palatio Va-
 ticano 1x. Calend. Aprilis Anni mccccxv. sepultus in Basilica
 S. Petri marmoreo monumento. Vacauit post eum
 sedes dies xxiii.

CALLISTVS III.



CALLISTVS III. Papa, prius Alfonsus Borqia appellatus, è Castro Sa-
 uing Valentini Diæcesis, Hispanus, patre Joanne, matre Francisca nobili
 loco ortus, in iuuentute liberalibus artibus instructus I. V. Doctor renun-
 ciatur, et Episcopus Valentinus creatur. Alphonsi regis Legatus ad Eu-
 genium iiii. P.P. missus, ab eodem presb. Cardinalis ff. quatuor Coronator
 Florentiæ creatur. Mortuus Nicolas v. Romæ, in palatio Vaticano à xxiii.
 Cardinalibus summus Pont. v. Idus Aprilis Anno mccccxv. electus, et
 apud S. Petrum p. D. Prosperum Columnam S. R. E. Archidiaconum coro-
 natus est. Sedit Imperatore Friderico iii. Augusto Annos iii. menses iiii.
 Pontificatu inito bellum Turcis indixit, ad xvi. triremium classe, duce Lu-
 douico Cardinale Aquileiensi legato comparata, maritima hostium loca in-
 uasit, et toto, quo uixit triennio multis cladibus afflixit. Sed et terrestri

CCXXXII.



belli, magna Turcis à Christianis clades illata est. Quippe, qui ad Taurinum in
 Pannonia, à Joanne Huniade, et Joanne Capistrano Minorita superati circi-
 ter Lxx. millia hominum miserunt: Mahometesq; tyrannus sauciis fuga
 salutem quasiuit. Propter hanc victoriam Callistus S. Transfigurationis
 D. nostri Jesu Christi viii. Idus Augusti instituit, et solemnes supplicatio-
 nes habuit. Duabus ordinationibus creauit Cardinales ix. nempe presb.
 ix. et Diaconos iii. ex antiquis. Mortuo Alphonso rege legitimo Herede
 Neapolitanum regnum repetiis, resurgente Ferdinando Hispaniarum
 rege. Dum itaq; arma Callistus pararet, octuagena maior, viii. Idus Au-
 gusti Anno Domini mcdxviii. moritur, et in Sacra S. Petri maximo
 ro tumulo, quod Rodericus Borzia nepos eius Cardinalis Vi-
 cecancollaxius construi fecit, conditur. Vacauit eo max-
 his sedes Rom. dies
 duodecim.

PIVS II.



CCXXXIII.



PIVS II. Papa. Italus, Tuscanus natione, Senis ortus, prius Aeneas Sylvius Pi-
 colomineus nuncupatus, Silvii patre, et Victoria matre natus Corfiniani,
 quod est oppidum Senensis agri. Vir literarum eruditissimus; ut et hodie
 ipsius scripta testantur. Fuit primo à secretis Domini Capranici Card.
 S. Crucis: Inde Canonicus Tridentine Ecclesie factus Basileam ad co-
 cilium se contulit. ubi semper magnus in honore est habitus. Fuit enim in
 celeberrima Synodo primo Clericus ceremoniarum, post literarum Apo-
 stolicarum abbreviator, post Legatus à Felice v. ad Imp. Fridericum

211.
 111. Augustum missus, inter intimos familiares admissus, et ab eo à secretis
 creatus est, cuius ad Eugenium Papam 1111. aliquando orator fuit, quo mu-
 nere defuncto Eugenio 1111. surgens, Romæ conclavi, quo Nicolaus v. P.P.
 creatus est, præfuit, et cum ab Eugenio subdiaconus creatus esset, Aposto-
 licus, à Nicolaus v. Episcopus Senensis, cuius urbis Cuius erat: A Callisto
 deinde Diaconus Cardinalis S. Sabine ordinatus est. Mortuus autem
 Callisto 1111 P.P. ipse Aeneas Sylvius xvii. Cardinalium suffragijs, Pon-
 tificem maximus renunciatur Anno Christi 1500. et tandem eode
 anno die 11. Nonas Septembris sup coronationis insignia nactus est, et Pius
 11. appellatus est. Sedit autem hic P.P. sub Friderico 111. Imp. Augusto in se-
 de Apostolica annos v. menses xi. dies xxvi. Minus gratus erga ipsum
 Imperatorem. Profectus est ad Concilium Mantuanum, quod indixerat.
